



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


### **Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacrae Theologiae Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv. Libri Qvinque**

De Substantia, & Proprietatibus naturalibus Angelorum

**Pallavicino, Sforza**

**Romæ, 1652**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-38892**





Th. 444.


D. 1

330









A

S

I

C

*[Faint, illegible handwritten markings]*

ASSERTIONVM  
THEOLOGICARVM  
SFORTIAE  
PALLAVICINI

Sacrae Theologiae Professoris

In Collegio Romano Socie-

Collegii tatis IESV

Collegii Soc. Jesu. Paderbornae

LIBER NONVS.

DE  
*I. W. Warnesius*  
Substantia, & Proprietatibus  
naturalibus Angelorum.

Cum duplici Indice Capitum, & Rerum.



Romæ Typis HH, Corbelletti, 1632.

Superiorum Permissu.

ASSETIONVM

THEOLOGICARVM

SFORTIAE

PALLAVICINAE

Sacrae Theologiae Professoris

In Collegio Romano Doct.

1658

LIBER PRIMVS

De  
Substantiis, & Primis  
partibus Anglorum  
Cum duplici tabula Geographica & Chronologica



Rome Typis H. E. Cellarii

Superioris

GOSVVINVS NICKEL

Societatis IESV.

*Præpositus Generalis.*

**C**VM Librum Nonum Assertionum Theologicarū de Angelis P. Sfortiæ Pallauicini nostræ Societatis Sacerdotis, aliquot eiusdē Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem facimus, vt typis mandetur, si ita ijs, ad quos spectat videbitur. In cuius rei testimonium has litteras manu nostras subscriptas, sigilloque nostro munitas damus. Romæ 10. Augusti. 1652.

*Gosvvinus Nickel.*

GOSVIVVS NICKEL

Societatis I. S. V.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiss. P. M.  
Sac. Pal. Apost.


A. Rivaldus Vicefg.

Im primatur,

F. Vincentius Panus Mag. &  
Soc. Reuerendiss. P. F. Vin-  
centij Candidi Mag. Sac. Pal.  
Apost. Ord. Præd.

Roms 10. Augusti 1622.

Gosvinn Nickel



VIRGILIO

MALVETIO

MARCHIONI ILLVSTRISSIMO;

NICOLAUS MARIA

PALLAVICINVS.

Fœl.

Vicumq; huius li-  
belli titulū leget,  
mirabitur fortasse  
non quod is tibi inscriptus  
sit, sed quod à me tibi in-  
scriptus. Sanè nec meus est,  
si aliud nomen gerit in

a 4 fron-

fronte quàm meum; nec  
est quo iure offeram tibi, si  
alienus est, non meus. Sed  
mirari desinet quicumque  
nouerit duos potissimum  
esse modos, per quos rerum  
dominia comparamus. Al-  
ter idemq. nobilior est ip-  
sorum rerum effectio, alter  
inferior earundem inuen-  
tio. Nimirum liberalitate  
quadam indulgentiaque  
naturæ factum est, vt no-  
stra fiant quæcumque ope  
nostra, industriaq. ponun-  
tur apud homines in com-  
mercio. Sic qui feram cepit  
in sylua, qui gemmam legit  
in litore, is feræ domina-  
tur.

rec  
si  
ed  
ue  
n  
m  
l-  
p-  
er  
n-  
te  
e  
-  
t  
t  
t

tur, aut gemmæ. Sfortia,  
Pallauicinus harum dispu-  
tationum auctor, nondum  
eis supremam manum im-  
posuerat, cum ad præstan-  
tissimum opus euocatus, vt  
noſti, quod minoris mo-  
menti erat reliquit, magnū  
iam quidem, sed adhuc in-  
forme. Scilicet prima vtiq.  
absoluti boni dote prædi-  
tum erat, quòd ei nihil addi  
deberet, sed nondum al-  
tera quòd nihil demi. Ac  
proindè quemadmodū na-  
tura arti, hoc est magistra  
discipulæ, perpolianda tra-  
dit opera illa, ex quibus ali-  
quid demendum est, non

a s qui-

quibus aliquid addendum,  
vt apta sint hominum vfi-  
bus, veluti fabro lignum,  
statuario æs; sic Sfortia, quẽ  
ipse magistrum veneror,  
commisit hoc opus mihi,  
cui multum pretij demen-  
do, adderem, breuitatem.  
Atque vti natura artifices,  
id solum præstantes, vt eius  
opera humanis vfiibus ap-  
tent, eorum dominos facit,  
sic harum disputationum  
auctor, ius in me confimile  
transtulit, non alio nomine  
mihi optabile; nisi quia tu  
aderas, in quẽ deinceps ego  
transferrem. Porro hoc tibi  
munus Scriptor ipse desi-  
gna-

gnauerat. Quod si rebus à  
natura acceptis tunc sapiē-  
ter utimur, cum ad eum fi-  
nem utimur, ad quem per  
primum artificem, hoc est  
naturā designatæ sunt; opti-  
mus itidem huius libelli v-  
sus est, ut tibi offeratur à  
me, cui destinatus fuerat ab  
auctore. Et sanè cuiusnam po-  
tius, quam tibi aut ab au-  
ctore destinaretur, aut à me  
nunc offeratur? Quot ille,  
vinculis obstrictus tibi sit,  
necessitudine, consanguini-  
tate, ipsaque in primis in-  
genij sapientiæque simili-  
tudine, notius est quàm ut  
hic præstet à me narrari.

a 6 Ipse


Ipse verò adeo tibi debeo  
quicquid ex me est, vt si id  
alteri addixerim, iniustus,  
non modo ingratus haberi  
possim. Etenim persanctè  
asserò, si in ciuili phi-  
losophia omninò rudis non  
sum, id partim tuæ familia-  
ritati, qua me perhumani-  
ter dignatus es, partim au-  
reis tuis libellis, hoc est hu-  
manæ prudentiæ breuiarijs,  
vnicè debeo. Nec solum tu  
mihi sapientiæ viam quâ  
scriptis, quâ alloquijs de-  
monstrasti, sed & calcar ad-  
didisti validius, quo splen-  
didius, laudationes tuas. E-  
quidē probe noui, non per

eas

o  
d  
ri  
è  
-  
n  
a-  
i-  
i-  
s-  
u  
ià  
e-  
d-  
a-  
E-  
er

eas mihi significatum esse  
qualem tu me habeas, sed  
qualem cupias: hoc tamen  
ipsum votum de me tuum  
aliquali spe non penitus va-  
cuū haud leuis mihi causa  
est gloriationis pariter, atq;  
industriæ. Sane fateor, quo-  
ties mihi met ipsi super-  
bius blandior, nihil maius  
mihi ominor, quàm vt hæc  
vna de me notitia ad poste-  
ros manet, quòd tibi pro-  
batus fuerim, & quodin ec-  
rum numero vixerim, qui  
tua nō quidem imitari pos-  
sint, sed admirari scirent.  
Quemadmodum enim pu-  
silli ingenij est, quæ non  
sum-

summa, suspicere; sic men-  
tis proceritatē probat, cul-  
mina quædam humanam  
mensuram supergressa, si  
non manu, atque opere;  
certè oculis, atque admira-  
tione contingere.



IN.

# INDEX

## CAPITV M. LIBRI NONI.

*De Substantia, & Proprietatibus naturalibus Angelorum.*

---

### CAPVT I.

**A**N fide, & ratione constet dari aliquid creatum spirituale. pag. 3.

Cap. 2. An detur substantia completa spiritualis: & an hec sint Angeli. Vbi quosnam entium gradus dari requirat vniuersa perfectio. pag. 15.

Cap. 3. Vtrum Angeli constant ex

Index.

- ex materia, & forma. pag. 24.
- Cap. 4. Ante inuestigationem  
differentie Angelorum, expli-  
catur quid sit differre specie,  
vel solo numero. pag. 28
- Cap. 5. An omnes Angeli diffe-  
rant specie, sumendo speciem  
presse. pag. 34.
- Cap. 6. Soluuntur obiectiones.  
Vbi an in vniuerso dentur om-  
nes species rerum. pag. 39
- Cap. 7. An omnes Angeli sint ne-  
cessario dissimiles entitatiue,  
vbi aliqua adduntur circa nu-  
mericam, vel specificam di-  
stinctionem, & circa neces-  
sitate dissimilitudinis inter quę-  
libet entia. pag. 45
- Cap. 8. Vtrum Angeli sint incor-  
ruptibiles per naturam, an per  
gratiam. pag. 59
- Cap. 9. An Angeli sint in aliquo  
ma-

Capitulum .

magno numero . pag. 65

Cap. 10. An Angeli egeant speciebus ad cognoscendum. Vbi multa de natura specierum in genere . pag. 70

Cap. 11. A quonam principio fluant species Angelicae. Vbi etiam generatim de proprietatibus substantiarum . pag. 76

Cap. 12. An aliqua obiecta, & quae nam Angelus cognoscat independenter à speciebus . pag. 83

Cap. 13. An species Angelicae sint uniuersales, & an particulares, & quosnā gradus per eas Angeli cognoscant . pag. 88

Cap. 14. An Angeli cognoscant futura, & praeterita, & an per species congenitas, & quid circa hoc senserit Sanctus Thomas . pag. 94

Cap.

Index

- Cap. 15. An Angeli cognoscant  
arcana cordium, & an repu-  
gnantia cognoscendi hæc ar-  
cana sit à natura, an ab ex-  
trinseca Dei prouidentia. .  
pag. 101
- Cap. 16. An Angeli cognoscant  
naturaliter mysteria gratia,  
& reliqua entia supernatura-  
lia. pag. 111
- Cap. 17. An Angelus habeat ap-  
prehensiones distinctas à iu-  
dicio. pag. 119
- Cap. 18. An Angelus cognoscat  
componendo, & diuidendo, &  
an saltem hunc modum cogno-  
scendi exerceat circa aliqua  
obiecta. pag. 126
- Cap. 19. An Angeli discurrant,  
ubi multa de discursu in gene-  
re, & an ad eum requiratur  
temporis successio. pag. 135
- Cap.

Capitulum.

Cap. 20. An Angelus aliquando  
sit in actu, & aliquando in  
potentia circa obiecta, quorum  
species habet. Vbi explicatur  
modus potestatis Angelicæ, at-  
que etiam humanæ circa ex-  
citationem specierum. pag. 145.

Cap. 21. Circa Angelorum loquu-  
tionem multiplex opinio affer-  
tur, & refellitur. pag. 161.

Cap. 22. Explicatur in quo con-  
sistat essentialocutionis, ut sic,  
& de intrinseca distinctione  
locutionis ad alium, à locutio-  
ne ad se; & cognitionis practi-  
cæ, à speculatiua. pag. 171.

Cap. 23. Soluuntur obiectiones  
contra prædicta, & essentialocutionis  
in genere magis ex-  
plicatur. pag. 188.

Cap. 24. Resoluitur questio cir-  
ca loquutionem Angeli, &  
quo.

Index

- quomodo Angelus possit men-  
tiri, & alloqui unum aut plu-  
res pro suo arbitrio. pag. 197
- Cap. 25. An Angelo sit essenziale  
esse in loco, & tempore, & que-  
nam sit quoad hanc necessita-  
tem differentia spiritus à cor-  
pore. pag. 205
- Cap. 26. An esse in loco habeatur  
per aliquid purè relatiuum, s.  
an per aliquid absolutum.  
pag. 216
- Cap. 27. Quod nam sit ens abso-  
lutum, in quo fundantur veri-  
tationes, & ultimò resolu-  
tur ipsarum conceptus relati-  
uus. pag. 225
- Cap. 28. Soluuntur obiectiones,  
contra prædictam doctrinam  
de natura loci. pag. 238
- Cap. 29. An etiam in tempore  
detur aliquod primum analo-  
gatum.

Capitulum.

gatum prioris, ac posterioris,  
& quodnam illud sit, Vbi de  
diuersitate primæ mensuræ tē-  
poris secundum se, vel quoad  
nos. pag. 245

Cap. 30. Quomodo prædicata  
temporalia, & localia cogno-  
scentur, & quomodo certifice-  
mur de rerum distantia secun-  
dum tempus, aut secundum  
locum. pag. 254

Cap. 31. Ex prædictis multa  
inferuntur circa naturam du-  
rationis create, & an distin-  
guatur ab actione: quomodo ha-  
beat partes infinitas: an possit  
dari duratio create indiuisibi-  
lis formaliter, ac diuisibilis vir-  
tualiter. pag. 268

Cap. 32. Resoluitur questio prin-  
cipalis, per quid Angeli sint  
in loco, & in quonam sensu.

Sint

Index Capitem.

*Sine ne, aut possint esse nullibi.*  
*Vbi etiam an sit possibilis ubi-*  
*catio formaliter indiuisibilis,*  
*virtualiter diuisibilis. An ubi-*  
*catio sit unica in composito.*  
*An daretur motus corporum in*  
*vacuo. Quod nam sit subiectū*  
*ubicationis pag. 277*

31. 7  
47  
67.  
83.  
98. 1  
105.  
109.  
114.  
125.  
141.  
188.  
191.  
203  
227  
232.  
259.



Erra.

*Errata sic Corrige.*

31. 7. different	differrent
47 10. Origines	Origenis
67. 23. pattes	partes
83. 5. quod	quo
98. 1. congentiæ	congenite
105. 11. hæc	hæ
109. 16. Dum	Cum
114. 10. Dum	Cum
125. 11. Aliquid	aliquod
141. 3. Hic assensus	hic assensus:
188. vlt. qui	quis
191. 18. secundo	secunda
203. 20. At,	ad
227. 15. Vbicationem	vbicatione
232. 19. Immobiles	immobiles
259. 7. locales, & cor. porales,	locales, & tem- porales.

*Leuiora prudens Lect̃or facile  
corriget.*

Erwähltes in Corrigenda

1. d. d. d. d. d.	1. d. d. d. d. d.
2. d. d. d. d. d.	2. d. d. d. d. d.
3. d. d. d. d. d.	3. d. d. d. d. d.
4. d. d. d. d. d.	4. d. d. d. d. d.
5. d. d. d. d. d.	5. d. d. d. d. d.
6. d. d. d. d. d.	6. d. d. d. d. d.
7. d. d. d. d. d.	7. d. d. d. d. d.
8. d. d. d. d. d.	8. d. d. d. d. d.
9. d. d. d. d. d.	9. d. d. d. d. d.
10. d. d. d. d. d.	10. d. d. d. d. d.
11. d. d. d. d. d.	11. d. d. d. d. d.
12. d. d. d. d. d.	12. d. d. d. d. d.
13. d. d. d. d. d.	13. d. d. d. d. d.
14. d. d. d. d. d.	14. d. d. d. d. d.
15. d. d. d. d. d.	15. d. d. d. d. d.
16. d. d. d. d. d.	16. d. d. d. d. d.
17. d. d. d. d. d.	17. d. d. d. d. d.
18. d. d. d. d. d.	18. d. d. d. d. d.
19. d. d. d. d. d.	19. d. d. d. d. d.
20. d. d. d. d. d.	20. d. d. d. d. d.

Corrigenda in der letzten Seite

I  
 H  
 nia  
 ne  
 uc  
 ag  
 ul  
 ni  
 or  
 m  
 &



# PROOEMIUM.

Totius Operis.


**Q**VONIAM, ut sepe  
 Aristoteles docet,  
 in vnoquoque ge-  
 nere oportet prius  
 considerare comu-  
 nia, & postea propria illius ge-  
 neris; aliter bis repeteretur il-  
 lud commune, et dum prius  
 ageretur de proprio, & postea  
 dum seorsim de illo commu-  
 ni: ideo nos in materia Ange-  
 lorum, in qua oportet scire  
 multa communia ex Physica,  
 & Metaphysica, ad hoc, ut se-

A cun-

eundem ea definiamus circa  
 propria Angelorum, prius præ-  
 libabimus de ijs communibus,  
 quantum necesse erit ad pro-  
 pria facilius definienda. Et pri-  
 mò hoc facimus circa quæstio-  
 nem *an est* ipsorum Angelorū.  
 Cum enim ex primo Posteriorū,  
 quæstio *an est* præcedere de-  
 beat quæstionem *quid est*; prius  
 inquirimus commune circa *an*  
*est* Angelorum; an scilicet de-  
 tur aliquid creatum spirituales;  
 quod est genus commune ad  
 Angelos, & animas rationales.




3  
LIBER  
NONVS.

*De Angelis.*

CAPVT I.

*An fide, & ratione constet dari  
aliquid creatum spirituale.*

I  CIRCA hoc er-  
rarunt multi  
Antiquorum,  
quos 4. *Phys.*

& alibi sæpè reprobatur Arist. Hi  
enim intellectu imaginationē,  
& sensum transcendere nō va-  
lentes, idem voluere esse ima-  
ginabile, sensibile, ac intelli-  
gibile; & consequenter intelle-

A 2 ctum,

atum, & sensum. Ex hoc ortus  
est error Sadducæorum: omnia  
atque adeò & Deum esse  
corpora. Ortus est etiam aliqua  
ex parte error Manichæorum  
ponentium Deum esse lucem,  
quandam corpoream, & cœ-  
tera omnia esse ipsius particu-  
lam. Circa hoc erravit etiam  
Origenes, qui dixit, quòd nulla  
substantia præter Trinitatem,  
Diuinam absque corpore po-  
test subsistere. Contra hos sæ-  
pè, ac multipliciter arguit San-  
ctus Thomas: Et primùm *q. 5.*  
*art. 1. prima parte* sic probatur  
à S. Doctore dari ens spirituale.  
Præcipuus finis in productio-  
ne creaturarum, est assimilatio  
effectus ad primam causam,  
cuius assimilationis perfectio  
in eo est, quod effectus imite-  
tur

*De Angelis. Cap. I. 5*

tur causam secundū illud prædicatum, per quod causa operatur. Cum igitur prima causa creaturas producat per intellectum, & voluntatem; ad perfectionem causandi vniuersum requiritur, quod in vniuerso sint creaturæ intellectuales, ac proinde spirituales. Cum intelligere, nec corporis actus esse possit, nec corporeæ virtutis.

2 Non obstat huic rationi; quod in Deo identificentur omnia prædicata, & consequenter, quod quando assimilat sibi effectus productos, in aliquo prædicato, puta lapidem in esse substantiæ: dum ipsum producit, assimilet etiam in eo per quod ipsum producit; etiam si lapis non sit intellectiuus: non

A 3 in-

inquam id obstat; quamuis enim in Deo non distinguantur physicè prædicata, distinguuntur logicè; in quantum ex simplici entitate diuina, diuersi gradus abstrahi possunt includentes hæc, vel illa entia, cum his, vel ijs prædicatis. Ad perfectionē autem virtutis actiuæ spectat assimilare sibi effectum, non utcumque, sed in tali prædicato, ratione cuius habeat effectus constitui in eo gradu, ad quem spectat virtus actiua. Vndè cum perfectio virtutis actiuæ in hoc consistat, quod sit principaliter determinatiua effectus, & quod hic sit illi imputabilis, ut mouenti, nō ut motæ; cumque ad hoc requiratur, ut causa intelligat, & velit; quoniam  
 quæ

*De Angelis. Cap. I. 7*

quæ carent intellectu, & voluntate sunt potius instrumenta, & mota, quam mouentia; proindè ad perfectionem Dei, vt agentis, spectat quod assimilet sibi suos effectus secundùm intellectum, & voluntatem, & sic quod eiusmodi entia non desint vniuerso.

3 Illud autè alterū assumptū S. Th. quod scilicet entia intellectiua sint spiritualia infra probat S. Doctor q. 75. Ad cuius rationū euidenciam sciendū est quod spiritualitas concluditur ex duobus: Primò ex indiuisibilitate formæ. Secundò ex eius independentia à materia: Vtrumque verò probatur in casu nostro. Et primò probatur principium intellectiuū esse indiuisibile. Vnumquodq.

A 4 enim

enim intelligens dicit *ego*, per  
quod non significat plura, sed  
vnum: & amat se amore bene-  
uolentiæ, qui semper est resolu-  
bilis, vel ad plura quidem, sed  
indiuidua, vel ad vnicum sim-  
plex. Ergo vnumquodque in-  
telligens non est aliquid quan-  
tum, & diuisibile in infinitum,  
& cum ex alia parte non com-  
plectatur multa indiuidua, est  
simplex, & vnicum. Quod au-  
tem præterea ens intellectiuū  
fit independens à materia, pa-  
tet multipliciter. Primò, quo-  
niam experimur nos aliter af-  
fici ad nostrum intellectum, &  
voluntatem, ac ad nostrum  
corpus: ad hoc enim afficimur,  
vt ad instrumentum vtile, &  
ad aliquid nostrum; ad intelle-  
ctum verò, vt ad nos ipsos. Er-  
gò

De Angelis. Cap. I. 9

gò intellectus habet in nobis  
esse distinctum, ac separabile  
à corpore. Aliter ad corpus af-  
ficeremur secūdum naturam,  
sicut afficimur ad nos, & proin-  
de magis afficeremur ad quā-  
cumque nostri corporis partē,  
quam ad amicos, filiosque.  
Hoc verò experientia patet ef-  
se falsum quin, & nobis place-  
ret iactura vnius partis nostri  
corporis, si eam consequeretur  
acquisitio partis magis utilis,  
ac bonæ. Secūdò idē probatur;  
quia alium conceptum habe-  
mus de principio intellectiuo,  
ac de sensitiuo; sic enim dici-  
mus *ego sentio*; vt tamen appa-  
reat quod & oculus noster sen-  
tit, & quod oculo separato re-  
maneret ly *ego*, non remanen-  
te eo, quod in me realiter sen-

A s tic.

tiebat; non sic de intellectione,  
quam sic apparet elici à nobis,  
vt idem sit auferre id, quod eā  
elicit, & auferre nos ipsos. Igi-  
tur ablato corpore, adhuc re-  
maneret intellectiuum, quod  
proinde à corpore, hoc est à  
materia non dependet. Tertiò,  
in hoc differt appetitus intelle-  
ctiuus à sensitiuo, quod actus  
sensitiui tendat solum in bonū  
hic, & nunc: sic enim propor-  
tionatur cognitioni sensitivæ  
limitatæ ad hic, & nunc. At ve-  
rò actus intellectiui appetitus  
tendit in bonum æternū, quod  
apprehenditur ab intellectu:  
hæc autem tendentia, cum sit  
in omnibus hominibus, est à  
natura, adeoque non potest es-  
se vana; igitur tendit in bonū  
possibile enti intellectiuo. At-  
qui

*De Angelis. Cap. I. 11*

qui bonum æternum non est naturaliter possibile intellectui existenti in corpore, quia hoc necessariò corrumpitur. Ergo est possibile intellectui potenti manere extra corpus.

4 Vltimò, vt arguit S. Thomas, anima rationalis cognoscit omnia corpora, ergo distinguere debet à quolibet. Sic pupilla, vt cognoscat omnes colores nullum habere debet. Sciendum verò, pro confirmatione huius rationis, quod contraria, quæ secundum esse reale opponuntur, puta albedo, & nigredo, possunt coniungi secundum intentionale. Patet: est enim simul coniungibilis visio vtriusque. At verò si ex ijs, quæ realiter sunt contraria vni habeat esse reale, & aliud

A 6 esse

esse intentionale; tunc ea pariter opponuntur in eodem; quemadmodum opponeretur secundum esse utrinque reale; & ideò, si pupilla sit infecta rubore, videt nigrum ut rubrum; quoniam esse intentionale nigri, quod benè staret cum esse intentionale rubri, repugnat cum eiusdem esse reali. Si igitur anima esset corporea haberet contrarietatem cum quibusdam formis corporeis, qualem contrarietatem habet quodlibet corpus, unde nec eas secundum esse intentionale recipere posset: ac proinde, ut sit cognoscitiua omnis corporis, oportet eam esse incorpoream, ad hoc ut, cum nulli sit contraria, possit omnia recipere secundum esse intentionale ipsorum.

s. Ne-

5 Neque obstat, etiam in intellectu coniungi duo contraria, alterum secundum esse reale, alterum secundum esse intentionale, vt v. g. assensus, & simul cognitio dissensus: nā respondetur: actus intellectus non habere veram contrarietatem, qualem habent formæ corporeæ, quæ opponuntur ex limitatione materiæ: sed habere oppositionem ratione obiecti, qua ratione etiam in Deo, qui est illimitatus, & infinitus, repugnant simul assensus, & dissensus; amor & odiū. Cum verò hæc oppositio obiectiua non habeat locum, si alter ex his actibus habeatur secundum esse reale, alter secundum esse intentionale, ideo possunt hoc modo coniungi  
in

in anima . Accedit ad hæc auctoritas Scripturæ; tum pro spiritualitate Angelorum ad Hæbreos 1. *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, & Apocalypsis 1. septem spiritus dicuntur esse in conspectu Throni Dei, & Luca 10. spiritus subijciuntur vobis, & alibi sæpè; tum pro spiritualitate animæ, quæ vocatur spiritus Iacobi 2. & 1.*

*ad Corint. cap. 1.*

*& 4. ut omit.*

*tam Con-*

*cilia, & Pa-*

*tres.*

CA-

CAPVT II.

*An detur substantia completa spiri-  
ritualis, & an hæc sint Angeli.*

*Vbi quosiam entium gradus  
dari, requirat vniuersi per-  
fectio.*

6. **E**X cōmunibus, cui-  
libet enti spiritali  
descendendo ad propria An-  
gelorum, sic ratiocinatur San-  
ctus Thomas *quæst. 51.* Si est  
possibile ens intellectuale ca-  
rens corpore, datur, & hoc sunt  
Angeli; sed est possibile; ergò  
datur, & sic dantur Angeli. Sic  
probat minorem. Duo prædi-  
cata, quorum vnum non est de  
ratione alterius sunt separabi-  
lia; & consequenter est inueni-  
bile

bile vnum ex ijs in aliquo ente sine alio; sicut, quia habere alas nō est de ratione sensitiui, aliquod sensitium caret alis. Sed de ratione intellectualis non est corpus, quia intellectio non est actus corporis. Ergo est inuenire aliquid intellectiuum sine corpore; Quod si est possibile, spectat ad perfectionem, & complementum Vniuersi quod datur. Ergo datur. Constat veritas huius discursus ex veritate vtriusque propositionis, quam assumit. Et primo circa possibilitatem talis entis: Inductione patet, quod quoties duo prædicata sic se habent, vt vnum non sit de conceptu alterius, nec formaliter, sicut corpus est de conceptu vegetabilis; nec radicali-

ter

ter sicut vegetatiuum est de  
conceptu sensitui; in quatum  
hoc explicat se exigere ad sen-  
tiendum organa corruptibilia,  
& consequenter indigentia  
actionibus vegetabilis: patet  
inquam, quod extra hos casus  
solet vnum ex ijs predicatis in-  
ueniri sine alio; vt animal sine  
alis, vegetatiuū sine sensituo,  
& hoc sine rationali, & sic de  
coeteris. Nec valet, quod ad  
intellectuale requiri videantur  
sensus ad species abstrahēdas;  
nam hoc quod est carere spe-  
ciebus ex se, & eas debere per  
sensus acquirere; non est natu-  
ra intellectiui, vt sic, sed imper-  
fectio eiusdem, non habentis  
tantam perfectionem, vt spe-  
cies sibi debeantur, sine sensuū  
abstractione. Id autem, quod  
ad-

ad-

adiungitur alicui prædicato nõ  
 ex eius natura, vt sic, sed ex im-  
 perfecto modo habendi illud  
 prædicatum, non est vbicum-  
 que est illud prædicatum, sed  
 solum vbicumque illud est cū  
 tali imperfectione. Quin po-  
 tius in quocumque genere  
 creaturarum, in quo inuenitur  
 imperfectū aliquid, inuenitur  
 de facto, & perfectum, vt patet  
 inductione, nisi talis perfectio,  
 vel sit contra rationem crea-  
 turæ, puta intelligere per suum  
 esse, vel sit aliquid potens cre-  
 scere syncategorematicè in in-  
 finitum. Atqui intelligere in-  
 dependenter à sensibus, nec  
 excedit limitationem creature,  
 nec est aliquid vagum, potens  
 crescere in infinitum; sed ali-  
 quid certum, & indiuisibile.

Ergo

Et  
 tu  
 tu  
 sic  
 da  
 po  
 est  
 da  
 ma  
 syn  
 in  
 ;  
 ter  
 nen  
 illa  
 tis,  
 eni  
 perf  
 hab  
 est  
 toto  
 vlt

Ergo inuenitur in genere creaturæ intellectiuę. Sic quia dantur multæ lineæ imperfectæ, & sic recipientes additionem, datur circularis, cui nihil addi potest, aut detrahi, adeoque est perfectissima; non tamen datur circularis maxima, quia magnitudo est aliquid potens syncategorematicè crescere in infinitum.

7. Secundò, patet illud alterum assumptum S. Thomæ nempe veritas discursus circa illationem existentia talis entis, ex possibilitate. Sciendum enim est, quod ad Vniuersi perfectionem spectat, non solū habere partes cohærentes, vt est inuenire in vnoquoque toto ex arte facto; sed spectat vltèrius habere perfectionem  
sum.

summam in genere arte factis  
 per quam perfectionem com-  
 paratum hoc totum cuilibet  
 Vniuerso possibili, adhuc reti-  
 neat æstimabilitatem, nec vi-  
 lescat, vt lutum in compara-  
 tione Coeli. Porrò ad hoc, ne-  
 cessarium videtur, quod den-  
 tur in Vniuerso omnes gradus  
 entium, taliter distantium, vt  
 si per æqualem distantiam di-  
 uidatur latitudo graduum pos-  
 sibilium, non sit procedere in-  
 infinitum, sed deueniamus ad  
 aliquam creaturam, quæ à nul-  
 la creatura superiori possibili  
 plus distet, quam distent ab ea  
 creature inferiorum graduum;  
 Sic distant plantæ ab animalibus  
 brutis, & hæc ab hominibus.  
 Ergo si per eiusmodi di-  
 stantiam etiam distent homi-

nes

*De Angelis. Cap. II. 21*

nes ab Angelis, ad complemē-  
tum Vniuersi spectat, quod &  
in Vniuerso Angeli dentur.  
Quod autem sic Angeli distent  
ab hominibus apparet, quia  
distant secundum omnem cau-  
sam. Distant secundum mate-  
rialem, quia sunt simplices: se-  
cundum finalem, quia sunt in-  
tenti adæquatè, & non secun-  
dum vnā tantum partem  
(sicut contingit in homine re-  
spectu solius animæ, & non  
respectu corporis) sunt inquam  
intenti secundum se totos gra-  
tia sui, & in ordine ad pro-  
priam felicitatem: secundum  
formalem, quia sunt forma  
completa: secundum efficien-  
tem, quia fiunt adæquatè per  
creationē, & à solo Deo, quo-  
rum omnium prorsus opposi-  
tum

tum accidit in hominibus, ut  
 apparebit consideranti. Sed  
 nihil creabile supra Angelos  
 æquè distat ab ipsis secundum  
 omnem causam. Ergo spectat  
 ad perfectionē Vniuersi, quod  
 in eo Angeli dentur. Si enim  
 hæc regula non constituatur  
 super requisitis ad completio-  
 nem Vniuersi; nō apparet quæ  
 nam constituenda sit.

8 Demum concludit San-  
 ctus Thomas, quod si Angeli  
 non indigent corpore ad in-  
 telligendum, sunt incorporei.  
 Contra hoc videtur esse, quod  
 indigere possent corporibus ad  
 motum. Sed contra, tum quia  
 ad hoc non est opus, ut spiritus  
 corpora informet, sed sufficit  
 si ijs assistant; tum quia finis  
 substantiæ intellectualis non  
 est

est moueri, sed intelligere.  
Propter hanc verò rationem  
homo non debuit habere cor-  
pus agilissimum, vti quædam  
animalia; quoniam comple-  
xio corporis agilissimi fuisset  
minus apta, vt deseruiret ad  
intelligendum. Finis autem  
hominis non est moueri, sed  
intelligere, & consequenter  
tantum debuit habere de vir-  
tute motiua, quantum  
non obsit tempera-  
mento idoneo  
ad intel-  
ligen-  
dum.

## CAPVT III.

*Utrum Angeli constent ex materia, & forma.*

9 **A**ngeli non constant ex materia, & forma. Probatur, nam materia corporalis est ex dictis exclusa; spiritualis gratis confingitur, & positiuè reprobatur. Ergo nulla datur. Probatur secunda pars ex tribus vsibus materiae, quorum nullum haberet in Angelis. Primus est, vt sine creatione res possint produci, & ne in corruptione totæ desinant. Hoc patet non valere in incorruptibilibus vti sunt Angeli. Secundus vsus materiae est ex imperfectione forme

cor.

*De Angelis. Cap. III. 25*

corporeæ quæ inclusa etiam  
existentia non est suum esse,  
sed esse Totius, cui deseruit. Si-  
cut enim ad imperfectionem  
creaturæ pertinet, quod nulla  
ex ijs sit suum bene esse, sed vel  
sit bene esse alterius, vt acci-  
dens, vel habeat bene esse ab  
alio, vt substantia; ita ad imper-  
fectionem creaturæ corporeæ  
spectat, vt sic se habeat ad es-  
se simpliciter, sicut omne ens  
creatum ad bene esse; adeoq.  
quod altera pars sit illa, quæ  
recipit esse, altera quæ dat ip-  
sum esse, ac proinde quod ha-  
beat materiã distinctã à forma.  
Sed Angeli nō sūt corporei. Er-  
go hoc in ijs nō valet. Ultimus  
materie vsus est, vt vel per eã for-  
ma possit existere, vti quæ non  
potest subsistere per seipsã, vel

B vt

vt possit operari tanquā indigens instrumento corporeo; vnde non haberet vsum in Angelis, in quibus forma est independens à materia; tam in existendo, quam in agendo.

10 Secundo positiuè reprobatur materia in Angelis, nam quantò magis aliquid eleuatur supra esse corporeum, tantò est magis determinatum, & est minus determinabile, vt patet inductione in formis mixtorum, viuentium, & anima sensitua, & rationali; igitur ens purè spirituale non potest esse materia, seu ens summe determinabile. Vltèrius idem probatur, quia principiū cognoscendi non est potentia, sed actus; ergo spirituale ad quod quantò magis acceditur  
rece.

recedendo à corporeo , tantò  
plus acceditur ad cognosciti-  
uum, non est potentia, seu ma-  
teria, sed actus & forma. Et ra-  
tio est , quia sicut natura cor-  
porea est gratia alterius, non  
sui; ac proinde habet actionem  
transeuntem , ita spiritualis est  
gratia sui, non alterius, & id-  
circo habet actionem imma-  
nentem. Sed omnis materia est

propter formam, non

gratia sui. Ergo nul-

la materia est

spiritua-

lis.

## CAPVT IV.

*Ante inuestigationem differen-  
tia Angelorum, explicatur  
quid sit differre specie,  
vel solo numero.*

II **Q**uoniam diuersitas  
opinionum circa  
differentiam specificam, aut  
numericam Angelorum, ori-  
tur ex diuersitate super consti-  
tuendo, quid sit differre specie,  
vel numero; ideò super hoc  
prius decernendum est, vt cir-  
ca Angelos facilè definiatur.  
Differentia specifica non con-  
sistit in eo, quod sit notabilis,  
& facilè discernibilis, vt aliqui  
asserunt. Probat, quia si hoc  
esset verum, duo extrema pu-  
ta

ta herba A, & herba B, possent differre specie inter se, & tamē specie cōuenire cum herba C, intermedia, & idcirco minus vtrique dissimili, quam sint illę inter se. Possent inquam differre specie inter se, & specie conuenire cum herba C, si ponatur illas herbas extremas habere tantam dissimilitudinem, quanta præcisè sufficit, vt sit notabilis; tunc enim herba media, vtpote habens minus dissimilitudinis cum vtraque, quam habeant herbæ extremae, conueniet specie cum vtraque; ipsis inter se specie differentibus. Videtur autem apud omnes confessum, quæ sunt eadem specie cum vno tertio, esse eadem specie inter se. Vltorius, cum omnes effe-

ctus aliquatenus differant à  
 suis causis ; nisi constitueretur  
 species per aliquam conueniē-  
 tiam , sitam in prædicato indi-  
 uisibili , & proinde immutabi-  
 lem in vicissitudine genera-  
 tionum, sequeretur in processu  
 vicissitudinum deueniri ad ta-  
 lem differentiam notabilem ,  
 per quam omnes species pau-  
 latim mutarentur: hoc vero est  
 contra experientiam, & nature  
 intentum. Ergo.

12. Nec etiam sita est dif-  
 ferentia specifica, in quacunq.  
 dissimilitudine entitatiua, quæ  
 habeatur præscindendo ab or-  
 dine ad duo indiuidua nulla-  
 tenus dissimilia entitatiuè, vt  
 alij opinantur. Probatur, nam  
 si supponatur opinio probabi-  
 lis, quod detur series effectuum,

ex

à  
ir  
ē.  
i-  
i.  
a-  
su  
a-  
i,  
i-  
st  
re  
f-  
q.  
æ  
r.  
a.  
vt  
m.  
i.  
i,

ex natura, & non ex mero arbitrio Dei pendentium à tali numero causa; sequeretur iuxta dictam sententiam, quod omnia accidētia, & formæ procedētes à diuersis specie causis, differēt specie, quādoquidem dicunt ordinem, & referuntur ad diuersa specie principia; & differunt per hunc ordinem inter se, adeoque rana producta à sole, vel ab alia rana differrēt specie. Dicēdū ergo vnūquodq. ens sortiri speciē à prædicato magis spectabili, & præcipuo, quod est in ipso. Illud enim prædicatū se habet, vt maximè formale, et determinatiuū aliorū; cetera verò sunt materialia, et determinabilia: vndè illud est primū intentū nature, et se habet tanquā forma, cui

coëtera subseruiunt: intendit enim optimum natura. Vnde videmus, quod in varijs generationibus agentium vniuocorum, fit dissimilitudo, & variatio circa alia prædicata; sed sēper retinetur assimilatio geniti ad generantem in eo, quod tanquam præstantissimum, vtrique dat denominationem. Aliter omnes species paulatim diffuerent, & mutarentur, vt diximus. Quod indicatur egregio testimonio D. Thomæ 1. 2. *quest. 52. art. 1. in corpore*; vbi sic ait: *Illud secundum quod sortitur aliquid speciem, oportet esse fixum, & stans, & quasi indiuisibile; quæcunque ad illud attingunt sub specie continentur; quæcunque recedunt ab illo, pertinent ad aliam speciem.* Veritas huius  
re.

regulæ patet à posteriori: quot-  
quot enim differunt in tali præ-  
dicato, dicuntur specie differ-  
re: quotquot conueniunt, con-  
uenire; puta omnes visiones  
beatificæ, quoniam conueniunt  
in eo, quod sint intima partici-  
patio Dei, idest in eo, quod est  
est ijs præcipuū prædicatū: itē  
omnes gratiæ habituales, om-  
nes vniones hypostaticę exco-  
gitabiles, propter eandē ratio-  
nē non obstantibus alijs diffe-  
rētijs, specie cōuenire dicuntur.  
Huc facit doctrina S. Thomæ  
*quest. unica de anima art. 7. ad*  
*14. vbi ait quod sensibile non*  
*est perfectissimum in animali,*  
*sed potius variæ differentiæ*  
*ipsius sensibilis sunt ipso perfe-*  
*ctiores; aliter omnia animalia*  
*essent eiusdem speciei.*

## CAPVT V.

*An omnes Angeli differant specie,  
sumendo speciem  
presè.*

13. **D**icendum cū S. Bonaventura in 2. dist. 9. art. 1. quest. 1. non dari inter Angelos, nec dari posse differentiam specificam propriè, ac strictè acceptam. Probatur, quoniam illud prædicatum, præcipuum, quod est in Angelo, est quod intelligat secundū se totum, per cognitionem, innatam, & perfectam, in primo suæ existentia instanti; Sed hoc est omnibus Angelis commune. Ergo omnes specie conueniunt, iuxta superius dicta.

Illud

Illud verò, in quo differunt est, in cognoscendis pluribus, aut paucioribus obiectis, vna, vel pluribus speciebus. Atqui *plus*, & *minus* differunt solum materialiter, & numericè, non verò formaliter, & specificè. Ergo Angeli non differunt specie. Probatur minor, quia *plus*, & *minus* sunt prædicata trāscendentia, & recipientia mensurā æstimabilitatis, ab eo prædicato, cui conueniunt, tanquam à forma: esse enim paruum in prædicato excellenti, est *plus*, quam esse magnum in vulgari. Ergo differre secūdum *plus*, & *minus*, est differre numero: nimirum est differre in prædicato aliquo secundo, supponente aliud primum, à quo desumit suam excellentiam.

14 Vltcrius : Angeli non differunt specie secundum intellectum, qui est prima, & precipua proprietatis ipsorum substantiæ, & mensura coeterarū. Ergo, nec secundum suam substantiam. Patet antecedēs, quia potentia specificatur ab obiecto motiuo: & ideo diuinus intellectus, humanus, & angelicus specie differunt; quia diuinus habet pro motiuo suū esse, angelicus omne ens creatum naturale, quod est vel in se ipso, vel per propriam speciē ab Angelo cognoscibile; humanus, ens sensibile; atqui omnes intellectus angelici cōueniunt in eodem obiecto motiuo. Ergo sunt eiusdem speciei; sicut sunt omnes actus fidei, omnes visiones beatæ,  
prop-

propter conuenientiam in motiuo formali; licet quoad coeterra sint inæquales, & diuersæ.

15 Neque eiusmodi doctrina aduersatur S. Thomæ: is enim in hac materia variè loquitur sic, vt eius interpretes discrepent quoad eius mentē percipiendam. Porrò Capreolus putat non aduersari. S. Th: quod plures Angeli specie cōuenire possint. Id ipsum fidenter docent Ferrariensis, & Bagnes, nec sine fundamento: ipse enim S. Thomas apertè docet ex vna parte, res omninò immateriales esse immultiplicabiles indiuidualiter; ex alia dicit ex natura humana, & diuina in Christo non constitui peculiarem speciem; quia omnis species quantum est de se.

se, est multiplicabilis in plura  
 individua. Quæ duo vt conci-  
 lientur, dicendum est, quod  
 aliquando accipit differentiã  
 specificã latè, pro omni diffi-  
 militudine entitatiua, habita  
 ex ipsa forma, sine ordine ad  
 accidentia materiæ, & tunc eã  
 admittit in omnibus formis  
 spiritualibus, nō dicentibus or-  
 dinem ad materiam: aliquan-  
 do accipit pro diuersitate spe-  
 cifica differentiam in eo

prædicato formali

quod diximus,

& tunc

eam ne,

gat.

CA.

CAPVT VI.

*Soluuntur obiectiones. Vbi an in  
uniuerso dentur omnes spe-  
cies rerum.*

16. **O**bjicies primo. In-  
ter nos, & Ange-  
los datur diuersitas secundum  
specificum modum intelligen-  
di. Ergo eadem dari potest in-  
ter Angelos ad inuicem. Nego  
consequentiam; tum quia ea  
positiuè reprobatur ex multis,  
quæ congerit S. Bonaventura  
in 2. dist. 3. par. 1. art. 2. quæst. 1.  
videntur enim multi deputari  
Angeli ad idem officium. Item  
inter eos debuit dari societas,  
et amicitia perfecta, et com-  
moda, quæ non datur inter  
specie

specie diuersos . Imò ex hoc infert S. Thomas debuiffe dari in Deo Trinitatem personarū eiusdem naturæ, ne Deus cœteroqui esset solitarius.

Obijcies secundo. Deus infinite distat à quolibet Angelo, & quilibet Angelus. finite distat ab homine. Ergo Deus potest producere Angelum æquè distantē ab Angelo, ac is distet ab homine, ac proinde distatē specie. Nego consequentiam; quia secundum hanc viam probaretur esse possibilem Angelum æque distantem à supremo, ac is distet à lapide, quod nemo dicit. Dicendum ergo, quod quando distantia inter duo non constat ex multis partibus, sed consistit in aliquo prædicato simplici, licet  
 fini.

finita sit, potest esse incommensurabiliter maior quacumq. distantia potente versari inter alia duo his superiora, vel inferiora, & hoc accidit in casu nostro; quia distantia inter quoscunque Angelos sistit intra genus substantiæ totaliter spiritualis, & intellectiue. Distantia inter hominem, & Angelos transit ad aliud genus; unde non sunt comparabiles. Adhuc tamen vtraque distantia est finita, quia excessus vnus supra alium, puta Angeli supra hominem, potest augeri, & distantia Dei ad quamcumq. creaturam, licet sit mixta cum aliqua conuenientia, est infinita, quia non potest augeri. Probat: nam distantia inter duo non potest augeri quando vnū habet.

habet rationem nihili respectu  
alterius. Et illud alterum non  
habet aliquid maius se. Vtrum-  
que verò contingit in casu no-  
stro; & de secundo quidem nō  
est dubium. Primum quoque  
probatur, nam Deus solus est  
ita bonus, ac complexum ex  
ipso, & quolibet alio, ac proin-  
de quaelibet creatura habet ra-  
tionem nihili, si Deo compare-  
tur, quia perfectionem diuinā  
nihil auget. Secundum hanc  
viam dici posset spectare ad  
vniuersi perfectionem, non so-  
lum quod existant in eo om-  
nes gradus secundum distan-  
tiam superius assignatam; sed  
omnes omnino species vel in  
actu, vel in potentia, ex quo  
Sanctus Thomas euincit exi-  
stentiam Angelorum 2. *contra*

*Gen.*

Gentiles, cap. 91, in 5. ratione  
vbi sic ait: *Omnes nature possi-*  
*biles in rerum ordine inueniun-*  
*tur; aliter esset vniuersum im-*  
*perfectum.*

17 Nec difficile esset id ip-  
sum probare de speciebus cor-  
poreis; quod nimirum omnes  
possibiles existant vel actu, vel  
in potentia creatæ naturæ. Ma-  
teria enim videtur potens om-  
nes formas recipere, & agen-  
tia, quæ datur de facto, videtur  
posse omnes formas efficere.

Dices, cur non est creabilis  
à Deo aliqua forma ultra om-  
nes, quæ continentur in virtu-  
te agentium, quæ de facto dā-  
tur? Respondeo, quod vel hæc  
noua forma participaret easdē  
primas sensibiles qualitates, &  
haberet eundem modum ope-  
randi.

randi cum ijs, quæ de facto  
dantur, vel non? si primum,  
gratis fingitur, quod non con-  
tineatur in virtute agentium,  
quæ de facto dantur; si secun-  
dum, sequeretur non ordinari  
in bonum hominum, ad quo-  
rum tamen commodum tota  
natura corporea naturaliter  
ordinatur. In rebus spiritua-  
libus ostendimus dari omnes  
species, dum ostendimus om-  
nes Angelos possibiles, esse  
eiusdem speciei: & hoc ipsum  
spectat ad diuinam perfectio-  
nem, vt in eius opificijs detur  
aliquis terminus, infra quem  
eius opus esset imperfectum, &  
idcirco in quo rationabiliter  
sistat. Et hoc confirmatur in-  
ductione rerum supernatura-  
lium in quibus iste terminus  
datur

datur; in visione beata per modum actus secundi; in gratia per modum actus primi accidentalis; in vnione hypostatica per modū actus primi substantialis.

C A P V T VII.

*An omnes Angeli sint necessario dissimiles entitatiuè, ubi aliqua adduntur circa numericam, vel specificam distinctionem, & circa necessitatem dissimilitudinis inter quaelibet entia.*

18 **S** Thomas sentit distinctionem numericam haberi ex ordine ad materiam signatam certis accidentibus. Pro cuius euidencia,  
scien-

sciendum est; quod ens, *ut sic*  
est proprium obiectum intelle-  
ctus; vnde circa ipsum non de-  
bemus admittere ea prædica-  
ta, quæ repugnant modo intel-  
ligendi; sicut circa quantitatē,  
quæ est obiectum imaginatio-  
nis, non debemus admittere  
ea, quæ repugnant modo ima-  
ginandi; aliter essent malè cō-  
stitutæ potentiæ circa propria  
obiecta. Intellectus autem non  
potest cōcipere multitudinem  
indiviualem sine dissimilitu-  
dine, per quam ipse vnum in-  
diuiduum secernat ab alio, vt  
experientia patet, & inductio-  
ne; eo quod omne indiuiduum  
designetur per aliquid sibi pe-  
culiare, puta per *aggregatum*  
*propriatum*, quod in nullo alio  
*fit*, vt describitur à Porphyrio;  
vel

v  
a  
c  
A  
tu  
fi  
h  
in  
p  
e  
a  
c  
p  
c  
m  
sp  
fo  
u  
su  
sp  
fo  
m

*De Angelis. Cap. VII. 47*

vel per hoc quod fiat ab hoc agente, in hoc tempore, & loco, vti motus indiuiduatur per Aristotelem. Ergo talis multitudo indiuiduorum omnino similiarum non est possibilis. Et hoc videtur sensisse S. Thomas in 2. contra Gent. cap. 44. vbi per hanc ipsam impossibilitatē excludit sententiam Origēnes, asserentis Deū ab initio omnia creasse similia. Stante hac impossibilitate, triplex potest excogitari dissimilitudo inter res materiales. Prima est plus quā specifica; quando scilicet duæ formę exigunt materiam diuersæ speciei, vt est coelestis, et sublunaris. Cum enim eadem specie materia possit recipere formas speciei, diuersas; illæ formæ quæ ad eò sunt diuersæ, vt  
non

non recipiantur in eadem specie materia, sunt plusquam specificè diuersæ. Secunda differentia in formis est ea, quæ concipi potest in illis absque ordine ad certam materiam, puta inter albedinem, et nigredinem; et hæc est formalis, et specifica. Tertia differentia est, quæ non est conceptibilis in formis, nisi per ordinem ad materiam accidentaliter diuersam, puta affectam tali duratione, vbicatione, et coet. et hæc inter duas formas est merè individualis; nam licet tales formæ exigant in materia diuersa accidentia, non exigunt ea stabiliter, sed solum in sui prima productione. Et per hunc ordinem quem habet quælibet forma individualis ad certam mate.

materiam signatam, commo-  
dè explicari potest cur produ-  
catur vna potius forma, quam  
alia non confugiendo ad me-  
rū arbitriū Dei. Porrò pertinet  
ad perfectionem diuini opificij  
sic esse constitutum, vt Deo at-  
temperante suum concursum  
rerum exigentijs, & nihil ex suo  
mero arbitrio determinante  
ordo naturæ conseruetur.

19 Rursus in hac sententia  
non est necesse asserere quod  
effectus, puta ignis B, contineat  
in virtute ignem A, à quo cau-  
satur; sicut contingeret, si de-  
terminandum sit à Deo, quod  
hic potius causet, quam cau-  
setur.

20 Ex his patet quod simi-  
lis distinctio dari potest inter  
animas rationales, vt dicentes

C or.

ordinem ad materiam, & exigentes produci in ea talibus accidētibus signata; nisi Deus dispenset, vt probabiliter accidit sæpè posita eleuatione ad ordinem supernaturalem; quæ dispensatio non est tamen supernaturalis: saltē quoad substantiam. At in Angelis ista dissimilitudo non est secundū ordinem ad materiam, sed tota sistit intra eorum substantiam, & virtutem; & proinde posset aliquo modo vocari formalis, & specifica, sicut vocatur talis à S. Thoma.

21 Confirmatur, quod omnia indiuidua debeant habere entitatiuam dissimilitudinem. Vel enim vtrumque indiuiduū conuenit cum Deo in iisdem planè prædicatis, vel non. Si

ori-

primū nō distinguuntur; nam si id per quod A, distinguitur à B, est perfectio, debet esse commune Deo, & A, si imperfectio, eius carentia debet esse communis Deo, & B. Unde cū omne prædicatum creatum sit perfectio, vel imperfectio, non possunt duæ creaturæ distinguui, quin vna conueniat cum Deo in aliqua perfectione, in qua non conueniat alia. Si hoc fatearis, & dicas ea duo indiuidua non conuenire cū Deo in iisdem planè prædicatis. Iam patet quod ea indiuidua sunt dissimilia in eo prædicato, in quo habent disparem conuenientiam cum Deo; quia si essent in eo similia, essent similia eidem tertio, hoc est eidem prædicato diuino; ergo omnes

creaturæ habent aliquam entitativam dissimilitudinem. Confirmatur: nam ad perfectionem opificis spectat, quod in quocunque suo opere appareat nova bonitas, & perfectio. Sed hæc non apparet si illud sit entitativè omnino simile precedentibus. Ergo non est.

22 Obijcies primo, ex duobus similibus fit aliquid pulchrius; & consulitur perpetuitati illius gradus. Ergo spectat ad artificis præstantiam facere posse duo similia. Respondeo, quod omnimoda similitudo non potest importare pulchritudinem, hoc est id, in quo delectatur intellectus, aut sensus; sed solum hæc importatur per aliquam similitudinem dissimilitudini coniunctā; seu un-

for-

formiter difformem, in qua ars  
eluceat prout distinguitur à ca-  
su. Hoc inductione patet; pla-  
cent enim oculo duo similia,  
secundum aliquam diuersita-  
tem, puta localem, & sic de  
coeteris; sed si ponerentur in  
eodem planè loco nil delecta-  
rent. Ideò natura indidit ho-  
mini hoc lumen, quod quæ  
habent omnimodam conue-  
nientiam non sint duo, sed  
vnum. Item non magis confu-  
litur perpetuitati illius gradus,  
si dentur duo similes in Ange-  
lis, quia Angeli sunt incorrup-  
tibilis. Vndè quod dentur in  
ijs plures similes, nec esset vti-  
le, nec pulchritudinem habe-  
ret. Idem valet in corporibus;  
nam hoc ipso quod hæc exigāt  
esse in diuerso tempore, habent

aliquam dissimilitudinem entitativam.

23. Obijcies secundo. Multi beati sunt. similes omninò, & pares in gratia, puta Sancti Innocentes, & pueri statim mortui post baptisma. Ergo hæc similitudo non est contra pulchritudinem ordinis. Nego. antecedēs, si enim intimè cōsideretur vix potest accidere, ut duo in eodem instanti metaphisico Coelum ascendant; & sic vnus semper habebit maius gaudium, quam alius, ex memoria suæ diucturnioris beatitudinis; vndè non erunt pares. Quantum spectat ad Innocentes, probabile est, plus gratiæ accepisse eos, qui plus doloris in nece perpessi sunt; qui dolores non fuere æquales metaphy-

physicè. Sed quicquid sit de his, dico quod ipsa gratia, & visio indiuiduantur per ordinē ad hanc animā, & per hūc ordinē habent aliquā diuersitātē, quæ tamen ad augendā, aut minuendā beatitudinē impertinens est; cū non sit formalis, sed solū materialis, vt ostendimus in libello de Deo.

24. Obijcies tertio. Ex vltima ratione videtur ad summum concludi, quod naturaliter cōgruat Deo omnes Angelos producere diuersos, non verò quod ad hoc necessitetur. Respondeo, quod quicquid potest Deus absolutè, potest naturaliter in creatione substātiarum; omnis enim substantia est talis ex suis prædicatis non ex Dei arbitrio. Quod si

C. 4. dicas

dicas fore naturalem produ-  
ctionem Angelorum similium,  
respicendo ad naturas parti-  
culares, at supernaturalem re-  
spiciendo ad bonum vniuer-  
sale vniuersi. Contra est; quia  
hinc sequitur Angelos fore  
deterioris conditionis, quam  
homines, quoniam, ijs conside-  
ratis in statu possibilitatis, non  
posset iuxta ordinem, & pul-  
chritudinem vniuersi consti-  
tuendi, nisi vnus ex ijs in sin-  
gulis speciebus produci, & sic  
vnusquisque ex ijs compara-  
tus cum quolibet homine ha-  
beret ferè infinites minorem  
probabilitatem ad existendū,  
quia ex vna specie Angelica  
vnus tantum posset congruè  
produci; ex specie verò huma-  
na plures in infinitum.

25 Obijcies vltimo, videtur repugnare diuinæ potentiaë, quod loco Angelorum, qui cecidere, non potuerit alios similes substituere; ergo potuit. Nego antecedens; sufficit enim, quod potuerit impedire ne caderent ij, qui cecidere: certè cum non substituerit alios similes, patet quod hoc non requirebatur ad pulchritudinem vniuersi. Vndè quod Deus hoc non potuerit non infert Deum non potuisse aliquid melius, sed potius aliquid deterius. Atqui Deum non posse aliqua à nobis excogitabilia, quæ sint deteriora suis oppositis, non derogat eius potentiaë. Ad sapientiam autem diuinam spectat; quod omnes Angeli possibili sint diuersi, vt sic nihil

C 5 possit

possit facere sine speciali congruitate, & exercitio suæ sapientiæ; si enim disiunctiuè infinita similia creare posset, necessitaretur ad operandum in hac electione quasi temerè, & sine speciali motiuo; quod videretur contra rationem sapientiæ. Ideo Diuus Augustinus sepe ait, in occulto Dei iudicio latere rationem, cur potius hos predestinavit, quam illos; adeoque supponit dari talem rationem. Ergo supponit in indiuiduis aliquam entitatiuam

disimilitudinem,

sine qua talis

ratio esse

non

posset.

CA.

CAPVT VIII.

*Utrum Angeli sint incorruptibiles per naturam, an per gratiam.*

26. **I**ncorruptibilitatem Angelorum probat S. Thomas hic; eo quod sint forma subsistens; omnis autem corruptio oriatur ex separabilitate formæ à materia; & ad tertium ait Angelos licet habeant causam suæ existentiae, necessariò existere, quia aliqua necessaria habent causam suæ necessitatis. Vbi loquitur de necessitate non omni modo sed naturali; vt patet ex hoc ipso; quod ait, necessaria causam habere. Vera est hæc doctrina.

Omnis enim corruptio oritur  
vel ex contrarietate inter for-  
mas; quæcumque autem con-  
trarietas formarum desumitur  
in ordine ad materiam, à qua  
vnum contrariū aliud expellit;  
vel oritur corruptio ex indiffe-  
rentia materiæ ad habendā hanc  
formā, eo quod possit dari, vel  
non dari agens productiuum,  
vel conseruatiuum talis formæ,  
vt accidit in lumine, quod pro-  
inde definit ad absentiam agē-  
tis luminosi. Atqui quæ non  
sunt in materia, nec habent  
contrariū, nec pendent à causa  
potente non habere vires ad  
ipsorum conseruationem, quia  
pendent à solo Deo infinite po-  
tenti; ergo sunt incorruptibi-  
lia; nec enim possunt per na-  
turam poni eæ circumstantiæ

in:

*De Angelis. Cap. VIII. 61*

in quibus sine miraculo nequeant conseruari.

27 Difficultas est, an hæc exigentia permanendi in talibus creaturis sit solum negatiua, eo quod non detur exigentia destructionis; vel sit positiua, eo quod detur exigentia non destructionis. Videtur enim primum, eo quod debeat omnis exigentia intelligi pro aliquo priori signo in eo instanti in quo res exigitur; in priori autem signo ad conseruationem non intelligitur pro eo instanti existere res, nec vlla eius exigentia. Ergo. Dices; res vt existens nunc exigit conseruari postea. Sed contra, quia rei exigentia fundatur in quadam deformitate, quæ sequeretur ei si non cōsequeretur id quod

exi-

exigit. Sed si res non duraret, non consequeretur ei deformitas. Ergo sicut ob hanc rationem nulla res exigit creari, ita nec durare. Dicendum tamen est his non obstantibus, dari hanc positivam exigentiam. Primò, quia unusquisque naturaliter est determinatus ut credat, mundum cras duraturum; ergo hæc duratio fundatur in naturæ exigentia non in solo Dei arbitrio; & hoc fortius valet in Angelis, qui debent habere illicium bene agendi, adeoque spem præmij; quæ spes supponit probabilitatem, & non meram indifferentiam sine probabilitate, conservationis. Ulterius omnis nostra providentia fundatur in probabilitate conservationis, & nostri,

&amp;

& rerum, quas procuramus;  
etgo hanc probabilitatem ne-  
gare, est auferre prouidentiam  
ab Angelis. Vt verò assignetur  
fundamentum huius probabi-  
litis. Dico ad pulchritudinē  
naturæ rationalis requiri, quod  
ordinetur ad scientiam, & ad  
foelicitatem; adeoque quod de-  
tur obiectiuum fundamētum,  
per quod sint vera principia  
fundantia tum eius scientias  
præcticas, tum etiam specula-  
tiuas. Est autem principium  
præcticum, fundans virtutum  
honestatem, creaturam ratio-  
nalem, si per ipsam non stet so-  
re beatam, & sic perpetuo vi-  
cturam. Principia verò specu-  
latiua maximè fundantur in  
inductione suadente quod res  
erunt, & operabuntur postea.  
sicut

sicut antea operabantur. Unde pulchritudo operis diuini postulat, vt circa hæc detur aliquod verum lumen in creato intellectu, dictans summam probabilitatem talium principiorum; quod lumen, vt sit verum prærequirit essentialiter duo Dei decreta. Primum est decretum Dei, nõ destruedi, nisi rarissimè res semel productas. Alterum est decretum ferè semper se conformandi in agendo exigentiæ rerum naturalium. Certitudo fundata in hoc lumine, dicitur physica, cui Deus ne infringat certitudinem humanæ scientiæ rarissimè derogat, & nõ nisi propter bonum præponderans; puta propter bonum aliquod supernaturale.

CA-

C A P V T IX.

*An Angeli sint in aliquo magno numero.*

28 **S**anctus Thomas putat Angelos esse in magno numero, excedente rerum materialium multitudinem; idque probat, tum inductione, quod perfectiora corpora sint ampliora inferioribus, ut patet in coelestibus respectu sublunarium, tum ratione à priori, quod quo aliqua sunt perfectiora eo magis à Deo sunt intenta; quo autem sunt magis intenta, eo magis bonum est plurificari. Sed contra videtur esse, quod inter mixta inanima, multa sunt perfecta,

fecta, & rara, vt aurum, & adamas. Inter plantas pariter, & animalia videtur hoc accidere. Dicendum tamen rationem. S. Doctoris esse bonam: quoniam hæc est differentia inter quæsitæ propter se, & quæsitæ propter aliud; quod quanto illa priora plura sunt; tantò vniuersum est melius; hæc verò posteriora exiguntur in tanto numero, quantus sufficit ad finem, ob quem quærentur. Cū igitur Angeli maxime intendantur propter se, quo plures sunt, eò est pulchrius vniuersum; quod non valet in rebus materialibus; quæ cum sint propter aliud; puta propter hominem, oportet solum plurificari quantum conducit ad hominis bonum, & sic oportet ho-

ho  
m  
pl  
no  
  
di  
qu  
b l  
qu  
to  
A  
vn  
pl  
ri  
hu  
po  
vt  
an  
ex  
pa  
ta  
lis

ho-

*De Anelis. Cap. IX. 67*

homines esse pauciores rebus  
& materialibus, quando quidem  
re. plures ex ijs vnius hominis bo-  
no deputantur.

29. Vltcrius, ad pulchritu-  
dinem totius spectare videtur  
ter quod quo partes ipsius sunt no-  
ita biliores, eò magis plurificentur  
il. quantum fieri potest, absque  
ni. totius inordinatione: atqui &  
ro. Angeli sunt nobilissima pars  
to. vniuersi, & huic ex Angelorū  
fi. plurificatione nō apparet ori-  
Cū ri vlla inordinatio. Ergo. Et  
en. hic facit inductio circa cor-  
res. pora, sortita hanc prerogatiuā  
er. vt iuxta prestantiā sortiantur  
us. amplitudinē. Est enim ultra  
nt. exigentiā, quā habent singule  
o. partes vniuersi ad suas proprie-  
fi. tates, alia exigentia natura-  
o. lis in toto ad eas partes, et ope-  
tet ratio.

rationes, quæ sic cum alijs cō-  
gruant, vt nihil appareat desi-  
derari ad optimam constitu-  
tionem totius; appareret autē  
aliquid desiderari si positi stot  
entibus plura essent ex inferio-  
ri genere, vel specie, quàm ex  
superiori sine vlla speciali ra-  
tione. Ergo. Obiicies: posita  
inæqualitate perfectionis inter  
omnes Angelos optimum nō  
est plurificabile, quia est vnicū;  
ergo cum nos posuerimus hāc  
inæqualitatem, malè diximus  
optimum debere plurificari.  
Respondeo, spectare ad pul-  
chritudinem opificij, quod in  
eo optimum plurificetur, secū-  
dum quod est plurificabile,  
vndè quando non est plurifi-  
cabile secundum indiuiduum,  
fat est quod plurificetur secun-  
dum

*De Angelis. Cap. IX. 69.*

dum speciem . Certè vt posset  
perfectè exerceri sapientia di-  
uina , optimum debuit esse  
possibile secundum aliquam  
rationem , vel secundum spe-  
cies , vel secundum gradus re-  
rum; aliter non appareret Dei  
sapientia in vna potius serie  
excogitabili rerum, quam in  
alia, si æquè omnes series ha-  
beret , & alias series infinitas  
supra se meliores , & infra se  
deteriores. Posito autem, quod  
optimum in aliqua ratione  
poneretur, puta in speciebus,  
in eo debuit poni pluralitas  
quantum fieri potuit , puta in  
indiuuiduis .

## CAPVT X.

*An Angeli egeant speciebus ad  
cognoscendum. Vbi multa  
de natura specierum  
in genere.*

30 **C**ertum est, quod  
substantia Ange-  
lorum distinguitur à proprio  
actu. Probatur primo, quia  
aliter Angeli per suos actus nō  
viuerent; cum enim ipsorum  
substantia sit omnino ab alio,  
si eorum substantia identifica-  
retur cum actibus, hi pariter  
essēt omninō ab alio; quod est  
contra rationem vitalis. Se-  
cundō probatur, quia si Ange-  
lus esset sua intellectio, omnia  
intelligeret. Intellectio enim  
est

est actus potentiae potentis tendere in omnia. In ea autem potentia quae identificatur cum actu, idem est posse tendere, & actu tendere. Ergo vel potentia cognoscitiva in Angelis non esset intellectus, vel posset, & actu tenderet in omnia, quod est absurdum. Hoc posito dubium est de principio cognitionis Angelicae, an sit adaequate intellectus. Dicendum quod intellectus Angeli non cognoscit omnia per suam entitatem; sed indiget concursu obiectivo, qui exhibetur per species. Ad cuius evidentiam prius ostendo, dari in genere species cognoscitivas. Ad nostram cognitionem requiritur aliquo modo existentia obiecti; haec autem existentia non requiri-

tur,

tur, vt mera conditio, sed vt  
 concausa; atqui non requiri-  
 tur, vt causet cognitionem per  
 se immediatè. Ergo requiritur,  
 vt spargat in medio aliquam  
 virtutem causatiuam cog-  
 nitionis; et hæc virtus est species  
 intentionalis obiecti. Quod ad  
 cognitionem requiratur exi-  
 stentia obiecti, patet primò in  
 sensu; quia hic non cognoscit  
 nisi obiectum existens, et in  
 certa distantia. Patet secundò,  
 in intellectu, hic enim nil co-  
 gnoscit, nisi vel id per sensus  
 fuerit expertus, vel expertus  
 fuerit illa prædicata absoluta,  
 ex quibus deinde quæ affirma-  
 tis, quæ negatis componitur  
 conceptus talis entis. Quod  
 verò obiectum requiratur, vt  
 concausa, item patet; cū enim

po-

potentia tum sensitiva, tum  
intellectiva, sit perinde propor-  
tionata ad cognitionem huius,  
& illius obiecti, patet quod nō  
ipsa sola est causa cognitionis,  
sed ulterius est causa cognitio-  
nis obiectum, cui nimirum co-  
gnitio assimilatur, cuius est ima-  
go, & quod continet aliqua  
prædicata cognitionis, non cō-  
tenta adæquatè in sola poten-  
tia; hæc enim esset nimis illimi-  
tata perfectionis, si contineret  
prædicata omnium suorum ob-  
iectorum. Probatur demum;  
quod obiectum non concurrat  
ad cognitionem immediatè  
per se: tum quia sæpè est præte-  
ritum, ut accidit in ordine ad  
cognitiones memorativas; tū  
quia sæpè est distans, tum de-  
mum, quia non concurrat, si

D in.

interponatur inter obiectum,  
& potentiam aliquod corpus  
medium, impediens continui-  
tatem actionis. Ergo debet cō-  
currere per aliquod semen à se  
transmissum ad potentiam.  
Hoc autem semen est species  
intentionalis obiecti.

31. Hic concursus obiecti  
requiritur etiam respectu An-  
geli. Probatur, nam hic non  
continet intentionaliter perfe-  
ctionem in finitarum rerum, ad  
quas ipse extēdi potest cogno-  
scendo. Ergo & ipse indiget  
concausa obiectiua ipsum cō-  
plente ad cognoscendum; nec  
sufficit entitas Angeli quasi in  
ea res cognoscatur; nam tali  
entitati deest illa infinitudo  
virtutis, per quam concurrere  
possit ad cognitionem rerum.

om.

omnium ; sed hoc est solius es-  
sentie diuinæ, omnia cōtinētis.  
Indiget ergo Angelus cōcursu  
obiectiuo, distincto à concursu  
suæ entitatis, & sui intellectus.  
Atqui hic non semper præberi  
potest ab obiecto, tū quia aliter  
Angelus nō posset cognoscere  
nisi obiecta existentia; tū quia  
sæpè obiectū distat. Non posse  
autem agere indistans videtur  
prædicatū commune cuilibet  
causæ ; itaut Apostolus ex Dei  
actione inferat eius præsentia; &  
certè nō agere indistans est cō-  
mune cuilibet agēti materiali.  
Ut igitur Angelus possit cogno-  
scere tū possibile, tū distantia  
tā materialia, quā spiritualia,  
debet dari in eius intellectu ali-  
quod principium loco obiecti,  
quod comprincipiū est species  
obiecti.

D 2 C A.

## CAPVT XI.

*A quonam principio fluant species Angelicæ: Vbi etiam generatim de proprietatibus substantiarum,*

32 **P**robabilius existimamus istas species, nec prouenire effectiuè ab obiectis, nec ab entitate Angeli, sed solum infundi à Deo. Prima pars patet, quoniam obiecta materialia non agunt in potentias spirituales, nisi ratione physicæ vnionis inter spiritum, & corpus; aliter non esset cur anima humana corpori vniretur, si posset habere immediatè species ab obiectis

*De Angelis. Cap. XI. 77*

iectis materialibus, & non solum mediantibus potentijs sensitivis; vndè cum Angeli nō vniantur objectis materialibus non possunt ab his accipere species eorundem: Secunda pars etiam patet, quoniam entitas Angeli, sicut non habet continere in se similitudines expressas omnium rerum, hoc est cognitiones; sic nec habebit consequenter continere similitudines effectiuas, puta species impressas ipsarum. Hinc est, exclusis alijs modis, resultare veritatem tertiæ partis, quod scilicet infundantur à Deo species Angelicæ.

33 Pro quo sciendum est, quod eæ proprietates, quæ non debentur determinatè alicui substantiæ, sed vagè, & infini-

D 3 tis

tis disiunctiuè possibilibus, pro  
varietate circumstātiarum, nō  
possunt fluere ab ea substan-  
tia. Probatur; quia si fluerent  
ab ea substantia hæc contine-  
ret in sua virtute omnes illas  
infinitas proprietates, quæ ipsi  
indeterminatè debentur; quod  
esset contra limitationem ip-  
sius. Vndè cum non possint  
fluere ab ea, debent ipsi impri-  
mi à generante. Et quidem im-  
mediatè; quia si fieret hoc per  
aliud medium, esset procedere  
in infinitum. Et sanè in hac re  
differunt species à cognitione,  
quia hæc cum sit actus vitalis,  
non potest procedere imme-  
diatè à generante, sed debet  
esse à principio intrinsecè cō-  
pleto; adeoque supponit speciē  
ipsam, at species nil aliud sup-  
ponit,

ponit, sed à Deo immediatè  
infunditur. Infunditur autem  
hæc, vel ea species secundum  
quod existunt, hæc, vel ea in-  
diuidua, quæ debent per eam  
repræsentari. Sicut enim in co-  
muni sententia, Terra, posito  
exempli causa, quod mundus  
potuerit produci in his, vel in  
ijs spatijs imaginarijs, habebat  
inclinationem vagam ad reci-  
piendam hanc, vel eam virtu-  
tem, per quam tenderet in hoc  
vel illud spatium; & ideò perti-  
nuit ad Deum posito quod de-  
terminaret vniuerso tale spa-  
tium, imprimere terræ hanc  
virtutem, quæ ex sua entitate  
tenderet ad hoc determinatè  
spatium; ita pertinuit ad ipsum  
infundere Angelo tales species,  
posito quod determinaret exi-

stere ralia obiecta; quia impres-  
sio talium specierum non po-  
tuit aliundè determinari; Sic  
etiam debuit imprimere homi-  
nibus, & belluis tales cognitio-  
nes insensatas; quæ cum de-  
buerint præcedere omnem ex-  
perientiam obiectiuam, non  
potuerunt ab obiectis deter-  
minari.

34 Obijcies primo. Ea acci-  
dentia quæ non possunt pro-  
duci ab alijs, quam à Deo sunt  
supernaturalia: istæ species sũt  
naturales, ergo non sunt pro-  
ducibiles à solo Deo. Nego ma-  
iorem: ad supernaturalitatem  
enim formæ non sufficit, quod  
effici non possit à causa secun-  
da; sed vltèrius requiritur, quod  
non exigatur ab ipsa; vt patet  
in anima rationali, quæ natu-  
rali-

ref. po. Sic mi. tio. de. ex. n. cr. ci. ro. ant. ūt. o. na. m. od. n. od. et. u.  
raliter producitur, licet effe-  
ctiuè sit à Deo solo; quoniam  
exigitur à causa secunda; at qui  
species exiguntur ab Angelis,  
ergo sunt naturales, licet non  
efficiantur ab ipsis. Debent  
autem à Deo fieri, quia imago  
intentionalis repræsens ali-  
quid intuitiuè, & perfectè, flue-  
re debet aut ab obiecto repræ-  
sentato, aut ab alio continente  
totam eius perfectionem; sed  
species non possunt fluere ab  
obiectis; vt vidimus: obiectorū  
verò perfectionem non datur  
aliquid continens, nisi Deus,  
ergo fluere debent à Deo.

35 Obijcies secundo: species  
sunt proprietates Angeli. Ergo  
sicut cæteræ proprietates, ita,  
& species sunt ab ipsis. Respō-  
deo: probabilius esse, quod pro

D s. prie,

prietates non sint effectiuè, nisi  
 à generante, exigitiuè verò, &  
 aliquo modo per resultantiam  
 à substantia illa cui conueniūt.  
 Eatenus enim istæ propieta-  
 tes distinguuntur à substantia,  
 quatenus substantia non de-  
 bet eas habere à seipsa, sed par-  
 ticipatas ab alio. Vndè ratio,  
 quæ probat ab ea distingui,  
 probat ab ea non effici; quia  
 sic eas nō participaret ab alio,  
 si efficeret illas à se: & hoc idē  
 valet de speciebus Angelicis.  
 Et hic fundari potest axioma  
 Thomistarum, quod substan-  
 tia non sit immediatè actiua;  
 nam circa extrinseca agit per  
 intrinseca accidentia; intrinse-  
 cas verò proprietates, vel solū  
 recipit à generante, vel solum  
 efficit per virtutes ab eo recep-  
 tas,

*De Angelis. Cap. XI. 83*  
tas, & ab ipsa substantia insepara-  
biles, quæ agunt, vt instru-  
mentum generantis. Ipsa ta-  
men substantia est id, quod  
agit, licet id, quod agit sit po-  
tentia accidentalis, per quam  
agit.

## C A P V T X I I.

*An aliqua obiecta, & que nam  
Angelus cognoscat indepen-  
denter à speciebus.*

36. **S**anctus Thomas  
existimat entita-  
tem Angeli, & accidentia in-  
trinseca cognosci ab ipso in-  
determinate à speciebus, nam  
species, vel datur vt vniat o-  
bectum potentia, vel vt faciat  
idem ei proportionatum; ad

D 6 quo.

quorum neutrum species requiritur in obiectis Angelo intimis, & spiritualibus, vti sunt eius accidentia. Doctrina S. Doctoris confirmatur experientia ex nobis. Patet enim quod independenter à specie cognoscimus nos, & nostros actus, aliter non haberemus de ijs metaphysicam euidentiā, quā patet nos habere, eo quod super his nec formidare possumus, nec suspendere assensum. Probat sequela, nam physicè tantum, & aliquando ne physicè quidem species certificat de suo obiecto, vt apparet de coloribus Iridis; ergo non dat metaphysicam euidentiā. Vltorius (vt dictum est *in libello De Deo*) si nostri actus à nobis cognoscerentur per species, vel  
hæ

hęc remanerent ablatis actibus,  
& sequeretur cognosci, vt præ-  
sentes actus præteritos; vel non  
remanerēt, & sequeretur quòd  
non possemus ipsorum recor-  
dari. Cum igitur species me-  
moratiua producat ab acti-  
bus, & tamen repræsentet eos,  
vt præteritos; dicendum est,  
quod duo habet, hoc est, per-  
seuerare præteritis actibus, &  
non repræsentare eos, nisi post-  
quam fuerunt. Cū enim quā-  
do actus sunt præsentis, ha-  
beant se ipsos repræsentare,  
frustra species haberet hanc  
virtutem repræsentandi actus  
præsentis. Et per hæc patet  
non posse Angelum se abstra-  
ctiuè cognoscere, quia co-  
gnoscit se, per se ipsum; adeoq;  
cognitione certificante de sui

existentia, & sic non abstracti-  
ua, de cuius ratione est, præ-  
scindere ab existentia. Circa  
extrinseca constat, quod An-  
gelus non possit cognoscere  
adæquatè per suam substantiã,  
nec inferiora se, nec superiora;  
quoniam neutra existunt in  
ipso secundum omnem perfe-  
ctionem. Imò secundum om-  
nem perfectionem in nulla  
creatura existunt, sed solum  
in Deo; quippè qui, cum sit  
causa omnium adæquata, de-  
bet omnia continere adæqua-  
tè, vt ostendimus *in libello de*  
*Deo*. Iam igitur dubitatur an  
Angelus cognoscat alios An-  
gelos per ipsos sine specie,  
quando sunt ipsi cognoscenti  
intimè præsentés. Respondeo  
negatiuè, tum quia principiũ

cognoscituum debet esse in-  
trinsecè completum, vt proba-  
uimus in eodem libello de Deo,  
ergo per speciem non per præ-  
sentiam obiecti, quod est ex-  
trinsecum; tum quia cognitum  
debet esse in cognoscente per  
modum ipsius cognoscentis.  
Ergo cum Angeli sint inequa-

lis perfectionis debet vnus

species attemperari

perfectioni al-

terius, vt

per

eius modum

fit in ip-

so.

## CAPVT XIII.

*An species Angelicæ sint Vniuersales, & an particulares, & quosnam gradus per eas Angeli cognoscant.*

37 **D**icendum primo, vnumquemque Angelum habere species singulares singulorum obiectorum sibi seorsim cognoscibilem: ad hoc enim ponitur distinctio specierum, vt vno obiecto incognito possit aliud cognosci; quod repugnaret si esset vna tantum species omnium vniuersalis; vt enim docet S. Th. eatenus solum plura cognoscuntur, quatenus vniuntur in  
vno

*De Angelis. Cap. XIII. 89*

vno intelligibili, seu in vna specie. Vt ergo Angelus possit vnum cognoscere alio incognito, debet habere plures species. Dicendum secundo, vltra species particulares esse in Angelis perfectioribus species extēsas ad plura obiecta, sed convenientia in aliqua vna ratione accidentali, puta ad homines existentes in tali vrbe, familia, &c. Probat, quoniam si ea species non repræsenteret in ijs pluribus aliquod prædicatū vnum, haberet integram perfectionem duplicis speciei, quarum vna repræsenteret vnum ex ijs pluribus, alia aliud. Vnde singulæ illæ species distinguerentur ab ipsa per meram negationem perfectionis, quod genus distinctionis implicata.

plicare probatum est *in libello de fide, cap. 9.* & ideò S. Thomas semper docet plura, vt plura non posse simul ab intellectu cognosci, sed solum in aliqua, ratione communi relationis, aut pluralitatis.

38 Dicendum tertio, infundi omnibus Angelis species prædicatorum vniuersalium, simplicium, seu consistentium in aliquo prædicato indiuisibili; vt sunt *ens, substantia,* & similia; non verò consistentium in complexo duorum prædicatorum, vt esset, *intellectuale, & simul mortale.* Patet prima pars, quia aliter Angelus non posset formare axiomata scientifica, nec per vnã cognitionem cognoscere infinita, vt facimus nos; imò propterea etiã

in

*De Angelis. Cap. XIII. 91*

in Deo admiximus eiusmodi  
cognitiones vniuersales in li-  
bello de Fide, Spe, & Charitate,  
cap. 14. & est expressa opinio  
S. Thomæ p. contra Gent. c. 65.

Patet secunda pars, tum quia  
in ijs prædicatis complexis, da-  
tur processus in infinitum cū  
quantitas, & qualitas secundū  
extensionē, & intensionē possint  
in infinitis modis misceri cū præ-  
dicato negatiuo vterioris ma-  
gnitudinis, vel intensionis, nō  
autē in simplicibus, & ideò po-  
tuere infundi species simpli-  
cium, & non complexorum;  
tum quia per vniuersalia com-  
plexa habetur conceptus æni-  
gnaticus, & non proprius re-  
rum. Vnaqueque enim res ha-  
bet differentiam vnicam, &  
simplicem, & circa quam est  
tota.

totaliter scire, vel nescire non  
autem errare, vt docet *Aristo.*  
*teles 7. Metaph. c. 12.* atqui An-  
gelo debetur conceptus quid-  
ditatiuus, & non ænigmaticus  
rerum. Ergo non debuit habe-  
re tales species.

39 Obijcies ex Suario. Co-  
gnitio graduum vniuersalium  
est imperfecta. Ergo non decet  
Angelos. Respondeo, quod li-  
cet sit imperfecta ex modo co-  
gnoscendi, est perfecta ex par-  
te obiecti complectentis infi-  
nita. Vnde sicut danda est in  
Angelo cognitio imperfecta ex  
parte obiecti, hoc est limitata  
ad vnum indiuiduum, dum sit  
perfecta ex modo cognoscen-  
di; ita danda est imperfecta ex  
modo cognoscendi, dum sit  
perfecta ex parte obiecti, & ra-  
tio

*De Angelis. Cap. XIII. 93*

non  
isto.  
An.  
uid.  
cus  
be.  
Co.  
ium  
ecet  
d li.  
co.  
par.  
infi.  
in  
ex  
ta.  
n fit  
en.  
a ex  
fit  
ra.  
o

tio est quoniam talis cognitio  
ponit in subiecto imperfectionē  
præcisiuā non negatiuā; non  
inquam ponit imperfectionem  
in quantum excludat simpliciter  
perfectionem à subiecto;  
sed in quantum talem perfe-  
ctionem ipsa non ponit, vnde  
est perfectio eam habere, quia  
auget perfectionem aliarum  
cognitionum, per quas & si  
cognoscantur distinctè singu-  
la, non cognoscitur ratio cō-  
munis omnium: & ideò ambæ  
istæ cognitiones debuere esse  
in Deo, sed per identitatem,  
in Angelo verò per coniun-  
ctionem.

## CAPVT XIV.

*An Angeli cognoscant futura, &  
 præterita, & an per species  
 congenitas, & quid  
 circa hoc senserit  
 Sanctus Tho-  
 mas.*

40 **Q**uoniam existen-  
 tia obiecti non  
 concurrit ad co-  
 gnitionem Angelicam, nō ap-  
 paret cur si Angelus habet spe-  
 cies concreatas, non cognoscat  
 obiecta etiam contingentia  
 antequam sint; & idē dicen-  
 dum, non esse debitas, nec cō-  
 sequenter infundi Angelo spe-  
 cies rerum nisi cū primū  
 hæ actu sunt. Species enim est  
 semen

*De Angelis. Cap. XIV. 95*

semen obiecti intentionaliter propagans ipsius esse, quod semen Deus Angelis infundit, ut suppleat vicem obiectorum, utpote distantium, aut improprietatorum. Vnde sicut res non diffundunt semen, nisi quando existunt, ita nec Deus intuitu earum nisi existentium hoc semen spargit in intellectus Angelorum. Species enim intuitiva pendet ab obiecto, si non, ut à causa, certè ut à conditione Deū naturaliter mouente: atqui Deus non mouetur naturaliter à conditione futura ad effectum presentem. Ergo non infundit Angelo species nisi presentium obiectorum.

Probatur vltima propositio subsumpta; aliter ex rebus presentibus posset haberi euidens

no.

notitia contingentium futurorum.  
 Dicēs: posset asseri quod species concreatæ repræsentarent specialiter omnia individua talis gradus sub conditione quod existerent. Ergo non esset necesse in iis cognoscere horum determinatam futuritionem. Nego antecedens, quia hoc argueret in specie illimitationem quādam virtutis effectivæ, ratione cuius comprehendi non posset, quin infinita distinctè in ea cognoscerentur, quod videtur inconueniens.

41 Obiicies primo: auctoritatem S. Tho. ponentis expressè species futurorum contingentium esse Angelis concreatatas, e contrario oppositum censet circa species repræsentativas

tiuas naturę specificæ, quas nō  
putat extendi ad repræsentan-  
das has, vel illas naturas speci-  
ficas, sub cōditione si existant,  
vt existimat de speciebus re-  
præsentantibus individua. Re-  
spondeo, nos in hoc puncto  
philosophico recedere à S. Th.  
& hoc quoniam ipse ideò po-  
suit species individuum cō-  
genitas Angelo, quia putauit  
accidentia indiuiduari à subie-  
cto, & idcirco non posse duo  
accidentia solo numero distin-  
cta, esse simul in eodem subie-  
cto; quod sequeretur si impri-  
merentur intellectui Angeli  
nouæ species pro productione  
noua individuum intra ean-  
dem specificam naturam, quæ  
species solo numero differrent:  
hoc autem non sequeretur, si

E spe.

species sint cōgentiæ, tūc enim vna species numero restat indifferens ad repræsentanda plura indiuidua eiusdem specificæ naturæ, prout ab huius, vel illius existentia vltimò determinatur, vt excitet cognitionem huius, vel illius. Vndè non sequitur dari in eodem subiecto plures species, & accidentia eiusdem naturæ. Cum ergo prædictum axioma Sancti Thomæ quod scilicet accidentia indiuiduentur à solo subiecto per nos non sit verum circa accidentia relatiua, qualis est cognitio; hæc enim possunt indiuiduari etiã à termino, ad quem dicunt ordinem, puta cognitio de Petro ab ipso Petro, consequenter nec etiam est verum dictum

axio-

axioma circa species, quæ pariter possunt indiuiduari ab eodem termino, à quo indiuiduatur cognitio, puta species Petri à Petro; & sic plures species solo numero diuersæ poni possunt in eodem subiecto. Vndè non est ratio ponendi species congenitas.

42 Obijcies secundo. Obiectum de nouo productum sæpè distat ab Angelo. Ergo non potest determinare hunc effectum physicū, qui est impressio speciei in intellectu Angelico. Nego consequentiam; quoniam hæc determinatio nō est absurda circa effectum intentionalem non corporeum, sed spiritualem, secus in effectibus corporeis, in quibus si res distans determinaret effectum

præsentem, auferretur modus  
præcauendi actiones noxias,  
& dignoscendi à quo nam de-  
terminatiuo sensitiuæ potentiæ  
moueantur, in suis operationi-  
bus: cæterum neque si ponan-  
tur species congenitæ euitatur  
hæc determinatio rei distantis;  
nam certè intellectus ad hoc,  
vt utatur specie, & actu  
cognoscat, deter-  
minatur ab exi-  
stentia rei  
distan-  
tis,  
hoc est de no-  
uo produ-  
ctæ.

CA;

C A P V T XV.

*An Angeli cognoscant arcana  
cordium, & an repugnan-  
tia cognoscendi hæc arcana  
sit à natura, an ab extrinseca  
Dei providentia.*

43 **P** Ars negatiua sua-  
detur efficaciter ex  
sacris litteris. Ex epistola Pauli  
*prima ad Corint. cap. 14.* vbi ex  
Prophetia, per quam manife-  
stentur occulta cordis, infert  
afflatum diuinitatis in prophe-  
tante, quæ illatio non esset bo-  
na, si cognoscere cordis arca-  
na esset quid Angelo commu-  
ne. Vltorius in *Epist. ad Hebr.*  
*cap. 4.* infert tanquam pecu-  
liare Dei attributū cognoscere

E 3 cor.

cordium arcana, Deoque conueniens propter cognitionem comprehensiuam quam habet totius entis, quod pariter esset falsum, si hoc esset Angelo commune. Difficultas est in inuenienda ratione huius rei. Multi hoc refundunt in extrinsecam Dei prouidentiam impediens Angelis hanc cognitionem. Sed contra; quia ad bonam naturæ constitutionem requiritur, vt quando secundum naturam aliquid non expedit vniuersaliter fieri, inueniatur in natura huius rei repugnantia; vt scilicet Deus omnia prestat per causas secundas, ijs solum attemperans suum concursum vniuersalem. In hoc enim elucet Dei sapientia, quod sic artificiosè rerum ordinem.

dinem construxerit, vt, ipso se  
solum attemperante naturali  
exigentia, hic ordo conserue-  
tur; excepto si quando opus sit  
compescere vires agentium li-  
berorum, ne forte prauis Angeli  
perturbarent ordinem totius  
Vniuersi; tunc enim reseruauit  
sibi vires compescendi illas si-  
ne miraculo; sicut magistratui  
sunt vires cohibendi robustio-  
res, ne iniuste ceteros oppri-  
mant. At in ordine ad agentia  
necessaria, si ordo naturæ sit  
benè constitutus, non est opus  
hac peculiari operatione diui-  
na; cum enim semper agant  
quantum possunt, malè esset  
sic institutum, vt possent eas  
actiones, quibus opus esset op-  
poni à Deo impedimentum ne  
fierent; at agentia libera habent

inclinationem ad agendum iuxta bonum Vniuersi; vnde est per accidens quod iis aliter faciētibus, requiratur opponi à Deo impedimentum ipsorum actionibus.

44 Dicendū igitur dari naturalem repugnantiam huius cognitionis in Angelis. Patet primo, ex ijs, quæ in nobis experimur; nos enim cognoscimus accidentia, & saltem mediātē substantias, & proprietates naturales quæ omnia cum ad hoc ipsum sint facta, vt cognoscantur, mouent naturaliter intellectum, et cognitionē; at volitiones, & intellectiones aliorum non patent nobis, nisi coniecturaliter. Ergo censendū est res eiusmodi non habuisse à natura vim excitatiuam intellecte.

tellectus creati, & consequen-  
ter nec Angelici. S. Thomas  
affert pro ratione huius rei,  
quia voluntas soli Deo subdi-  
tur, & ideo quæ ex ipsa solum  
pendent, aut in ipsa solum  
fiunt soli Deo sunt nota. Hæc  
ratio ita explicatur. Dum ali-  
qua subsint soli Deo quoad  
existentiam, puta ipsæ rerum  
naturæ, hæc debent esse co-  
gnoscibiles, quia ad hoc ipsum  
à Deo fiunt, vt cognitæ diui-  
nam sapientiam, & bonitatem  
manifestent: alia soli Deo sub-  
sunt in genere accidentium;  
ita vt non possint à natura exi-  
gi, & de his *cap. sequenti* dice-  
mus: alia sic Deo subsunt, vt  
etiam sint in dominio causæ  
creatæ, à qua fiunt, sed non  
alterius; & hæc omnibus, excep

to. Deo, debent esse inuisibilia, vt sic seruetur dominium causæ potentis ipsa manifestare, vel non, prout voluerit; Dominus enim debet posse negare alijs vtilitatem rei suæ, pro suo arbitratu. At tota vtilitas eiusmodi operationum consistit in eo quod innotescant. Ergo hoc pendere debet à Domino: at Deo debent parere, quia pariter est ipsarum Dominus, & præterea dominatur earum causæ, de qua debet scire quomodo se habeat, præsertim, vt possit eam punire, vel præmiari.

45. Difficultas est quænam sint eiusmodi operationes. Dicendum, esse omnes actus intellectus, voluntatis, appetitus sensitui, & imaginationis. De  
acti.

actibus voluntatis est manifestum. Item de actibus intellectus; quia voluntas super eos dominatur, utpotè potens flexere ad hæc, vel ea obiecta considerationem intellectus, & ulterius cum intellectus cognoscat omnes actus etiam voluntatis, si alicui paterent actus intellectus, ei pariter paterent actus voluntatis ab iis reflexè cogniti. Item appetitus, & imaginatio subduntur voluntati, licet subiectione politica, & limitata; per quã subiectionẽ fit, ut multæ virtutes versentur in moderandis actibus appetitus. Undè si cognoscerentur ipsorum actus, cognoscerentur facilè actus partis superioris; & idè spectat ad naturæ ordinẽ, quod non sint cognoscibiles. Non

fic accidit in actibus sensuum exteriorum, qui nullatenus subduntur immediatè voluntatis imperio, nec proinde per hoc ducunt in cognitionem actuum interiorum,

46 Obiicies primo. Motus localis est immediatè sub imperio voluntatis, & tamen innotescit sensibus. Ergo; & cæteri actus eiusmodi possunt patere. Respondeo, quod motus localis quatenus fit ex electione non innotescit nisi arguitivè; quatenus verò est mutatio loci non est in dominio solius voluntatis, sed cuiuscunque agentis fortioris, etiam respectu Angeli; aliter boni non potuissent malos eicere à Coelo, ut est communis sensus eos fecisse. Ulterius vbiatio habet

con,

constituere ordinem, & pulchritudinem, & propterea debet esse quid sensibus patens.

At illæ operationes de quibus disputamus, non habent aliquod prædicatum per quod exigant patere. Ergo non patent.

47 Obiicies secundo, nos reducimus impotentiam cognoscendi arcana ad providentiam auctoris naturæ non infundentis eorum species. Ergo incidimus in sententiam, iam à nobis explosam. Nego assumptum. Cum enim Deus sit ea causa particularis, à qua species sunt, & sit agens nihil operans nisi per sapientiam, & voluntatem, non potest in hoc præscindi à motiuis, quæ Deus habet ad huius potius obiecti, quam

quam illius speciem infunden-  
dam; ad hoc vero, ut hoc sit  
aliquid naturale sufficit, quod  
hæc motiua fundentur in exi-  
gentia physica obiectorum, si-  
cut fundantur motiua produ-  
cendi animam rationalem.  
Sciendum verò est, quod quã-  
do Deus agit ad exigentiam  
alicuius obiecti, supplens eius  
vicem, tunc metienda est actio  
physica Dei ab actione, quam  
præstant ea obiecta tunc quã-  
do Deus non supplet. Undè ex  
eo, quod actus alieni intelle-  
ctus, & voluntatis non inge-  
rant sui speciem nobis neque  
per se immediatè, neque per  
aliquem effectũ cū ipsis neces-  
sariò cõnexũ, optimè infertur,  
quod neq. Deus ingerit Ange-  
lis speciem talium actuum.

C A.

C A P V T XVI.

*An Angeli cognoscant naturali-  
ter mysteria gratiae, & re-  
liqua entia superna-  
turalia.*

48. **P**robabilius est An-  
gelum non cogno-  
scere euidenter aliquid super-  
naturale, vt tale. Probatur hoc  
quoniam esse supernaturale  
est esse supra omnem naturam  
creabilem; atqui non debetur  
Angelo cognitio virium quas  
habet omnis natura creabilis,  
quia hoc est aliquid syncathe-  
gorematicè infinitum: ad hoc  
autem, vt cognoscatur vnum  
esse supra aliquid, requiritur  
cognitio distincta vtriusque.

Vndè

Vndè licet Angeli cognoscant actum charitatis fidei, & ulterius possibilitatem visionis divinæ, ex dictis in *libello de Deo*; non tamen euidenter sciunt, quod hæc sint supra omnem naturam creabilem. Fateor quod possunt euidenter scire aliquid esse supra vires proprias, quia possunt cōprehendere vires proprias; sed non possunt sic scire an sit supra vires omnium, quia non possunt comprehendere vires omnium.

49 Probabilius est secundò non cognosci intuitiue ab Angelo entia se habentia per modum actus primi, & supernaturalia in ratione entis. Pro quo aduerte, illa dici supernaturalia in ratione entis, quæ  
ita

ta sunt supernaturalia, vt sint  
aliquid perfectius toto eo, quod  
vlli substantię finitę potest cõ-  
petere per naturam; huiusmo-  
di est visio Dei, & quidquid ad  
illam per se conducit. Inter  
hęc alia se habent per modũ  
actus secundi, vt operationes  
iplę; alia per modum actus  
primi, vt habitus fidei, spei, &c.  
Et de his loquimur in conclu-  
sione. Vndè sic probatur; horũ  
enim habituum conceptus ex-  
plicat intrinsecè ordinem ad  
visionem beatam, & proindè  
explicat illum conceptum, in  
quo primò fundatur re ipsa  
predicatum supernaturalitatis;  
quamuis enim, vt diximus,  
Angeli naturaliter non certò  
sciant cognitionem claram, &  
quidditatiuam primę causę  
esse

esse simpliciter respectu cuiuslibet creature supernaturalis, id tamen prouenit, quia non habent conceptum proprium, & radicalem huius prædicati *supernaturale* per quem conceptum norunt, quid sit illud, ad quod sequitur hoc, quod est *esse bonum* superans meritum cuiuslibet naturæ creabilis. Quæ ergo hoc prædicatum re ipsa sit dare formaliter, vel causaliter visionem Dei, non possunt Angeli naturaliter certificari de hoc prædicato in vilo ente. Ac proinde, vt diximus non possunt cognoscere clarè habitus supernaturales, quippè quorum essentia in hoc ipso sita est. Exempli causa, gratia explicat esse ius ad hæreditatem diuinam, quæ est ipsa Dei visio, &

coe-

*De Angelis. Cap. XVI. 115*

coeteri habitus explicant ordi-  
nem ad gratiam; cum igitur  
Angelus non possit intueri præ-  
dicatum proprium supernatu-  
ralitatis, non potest intueri hos  
habitus; actus verò secundi sūt  
intuibiles, quia habent alium  
conceptum proprium, præter  
eum qui exprimit rationem, in  
qua consistit essentia rei super-  
naturalis, & ideò nos eos co-  
gnoscimus, & multo magis An-  
geli: omnis enim rationalis  
creatura, debet esse ita compa-  
rata, vt eam non lateant sui a-  
ctus intentionales, quod vide-  
tur manifestum. Excipio ab a-  
ctibus naturaliter cognoscibi-  
libus visionem Dei: hæc enim  
explicat prædicatum superna-  
turalitatis. Sed hoc non est in-  
conueniens, quia licet talis co-  
gnitio

gnitio reflexa visionis beatificæ sit supernaturalis, debetur tamen videntibus Deum, quibus debetur cognitio totius sue foelicitatis, & status supernaturalis; non enim agunt dependenter à fide ad cuius rationem spectat, vt sit obscura suo possessori.

50 Probabilius est tertio, quod entia supernaturalia, tantum in ratione effectus, sint Angelis euidenter cognoscibilia, nisi Deus voluerit occultare. Porro supernaturalia in ratione effectus sunt ea, quæ non possunt quidem effici per vires vllius naturæ; sed potest natura efficere in alio genere maiorem aliquam perfectionem, & magis desiderabilem. Exempli gratia natura non potest

potest efficere præsentiam  
qualem habet Christus in Eu-  
charistia; sed potest efficere  
foelicitatem naturalem, quæ  
est aliqua perfectio longè ma-  
ior substantiæ creatæ. Probat  
itaque conclusio, & primò à  
posteriori, quia qualitas illa,  
vel unio, vel obiectiuus dolor,  
à quo Demones torquentur ab  
iis cognoscitur, & tamen à so-  
lo Deo poni potest. Undè est  
supernaturalis in ratione effe-  
ctus, & idem patet de pluribus  
effectibus miraculosis; imò ad  
hoc ipsum sunt ordinati, vt co-  
gnoscantur, & cogniti præstent  
credibilitatem obiectis super-  
naturalibus in ratione entis.

Confirmatur à priori; quia  
eiusmodi res non sunt propriū  
obiectum fidei, non enim sunt

res

res sperandæ, nec aliquid cum  
 ijs necessario connexum.  
 Ergo non sunt quid essentiali-  
 ter obscurum, nec cognoscere  
 isthæc est talis perfectio, quæ  
 naturam excedat; plus enim  
 videtur esse quod cognosca-  
 mus nostros actus, qui sunt su-  
 pernaturales in ratione entis,  
 quam quod cognoscamus hæc  
 objecta, quoad substantiam  
 quidem, sed solum in ratione  
 effectus supernaturalia;  
 atqui cognoscimus  
 illos nostros a-  
 ctus. Ergo  
 & ista  
 objecta.

C A P V T XVII.

*An Angelus habeat apprehensiones distinctas à iudicio.*

SI AD hanc, & similes sequentes quaestiones videndum est, an hic, aut ille modus cognoscendi proueniat in nobis ab aliqua peculiari imperfectione; & an illam oporteat apponere, vel remouere ab Angelis. Porrò, quod nos prius apprehendamus quam iudicemus, ex eo oritur quod intellectus debeat recipere species à sensibus, & consequenter per actionem intellectus agentis abstrahere speciem intellectualē à phantasmate, quæ species abstracta retinet

retinet eam imperfectionem, quam habet phantasma, à quo abstrahitur. nimirum, vt repræsentet, & non certificet de suo obiecto repræsentato, donec intellectus formando duas apprehensiones, earumque obiecta inuicem comparando, moueatur ad affirmadum, vel negandum vnum de alio: atqui Angelus non habet species acceptas, sed innatas. Ergo sicut in hoc excedit hominem, ita & potest excedere in eo, quod eius species, vt perfectior, non determinet ad puram apprehensionem, sed ad iudicium aliquod de obiecto. Vndè dicendum est, ita de facto accidere. Confirmatur ex principio S. Thomæ; quod sic se habeat Angelus in intellectualibus,

bus,

b  
E  
h  
d  
ti  
g  
h  
n  
se  
p  
h  
p  
n  
a  
q  
g  
n  
e  
p  
d  
p

bus, vt Coelum in corporeis.  
Ergo quemadmodum Coelum  
habet suam formam indepen-  
denter à præuio motu altera-  
tionis, quem motum præexi-  
gunt inferiora; ita & Angelus  
habet suam vltimam perfectio-  
nem intellectualem, quæ est  
scientia, independenter ab ap-  
prehensione, quam exigunt  
homines.

52 Obijcies primo, multa  
percipit Angelus, de quibus  
nihil apparet, quod ille possit  
affirmare, nec consequenter  
quid negare; quia omnis ne-  
gatio fundatur in affirmatio-  
ne. Ergo solum apprehendit  
eiusmodi obiecta. Probatur  
prima pars antecedentis, quia  
de multis, puta de rebus purè  
possibilibus non potest affir-

F mare

mare quod existant, neque potest ipsum de eodem ipso affirmare, dicendo e.g. *A, est A*, quia sic haberet duos conceptus de eodem, adeoque apprehenderet. Item probatur secunda pars nimirum, quod omnis negatio fundetur in affirmatione, quia de eo, de quo nihil affirmo, adeoque nihil scio, repugnat me aliquid negare; in quantum enim scio, quod *A, non est B*, in quantum scio, quod ipsi *A*, inest aliquod predicatum, quod est mihi motivum ad negandum *B*. Nam intellectus est potentia primario instituta ad acquirendum scientiam, & non ad fugiendum errorem, cuiusmodi fuga est actus negatiuus. Nego antecedens: sciunt enim Angeli de quo.

quolibet obiecto à se concepto  
quod habet aliquem actum,  
saltem extrinsecum, hoc est  
existentiam in causa, eamque  
affirmant, quoniam non ha-  
bent speciem innatam alicuius  
individiui, nisi vel rei absolutæ,  
vel talis specie relationis, vt sic,  
et non vt afficientis determi-  
natè hæc extrema; quæ omnia  
sunt realia, & solum per ipsorū  
indebitam applicationem fit  
ens rationis. Ergo per speciem  
quidditativam horum omniū  
Angelus determinatur ad af-  
firmendam de his existentiam  
in causa, adeoque non merè  
apprehendit. Et confirmatur  
responsio, nam hæc ipsa obie-  
ctio fieri potest de Deo, eo  
quod videatur nil affirmare  
posse de obiectis possibilibus

nisi componendo, aut diuidendo, quod Deus non facit. Vndè sicut dicendum est quod Deus de ijs affirmat aliquod esse extrinsecum eorum, quod habent in propria Dei omnipotentia, & hoc sine compositione, & diuisione; ita possumus philosophari de Angelis.

53 Obijcies secundo hinc sequeretur, quod Angelus non posset dubitare de possibilitate vllius obiecti; quod est falsum, quia saltem dubitare potest de possibilitate vnionis hypostaticæ, & Trinitatis. Ergo. Nego antecedens, quia non de omnibus habet species innatas, & proprias, sed circa aliqua habet speciem solius gradus vniuersalis. Hinc cum non om-

nia

nia particularia illius gradus  
comprehendat, potest dubita-  
re, an vnus gradus vniuersalis  
cognitus ab ipso, vt realis di-  
stinguatur adæquatè ab alio  
conceptu obiectiuo reali, quē  
habet: exempli causa, an gra-  
dus *pluralitatis* sit distinctus  
ab hoc quod est *esse suppositum*  
*diuinum*. De vtroque ta-  
men affirmat aliquid esse,

ex quo potest moueri ad

affirmandum, vel

negandum du-

bitatiuè

vnum

de alte-

ro.

## CAPVT XVIII.

*An Angelus cognoscat componendo, & diuidendo, & an saltem hunc modum cognoscendi exerceat circa aliqua obiecta.*

54. **D**ifficultas est, an ad perfectam obiectorum cognitionem habendam, eo modo quo hæc possibilis est creaturæ, necesse sit confugere ad modum cognoscendi compositiuum, & diuisiuum. Quod si hoc necesse sit, non est negandus. Angelo hic imperfectus modus cognoscendi. Dicendum primo, quod Angeli non componunt, neque diuidunt, circa vlla obiecta exijs, quæ perfectè, & quidditatiuè

tiuè cognoscunt. Ad cuius e-  
uidentiam sciendum est quod  
duplici modo potest subiectū  
componi per intellectum cum  
prædicato: primò quando to-  
tum, quod importat subiectum  
identificatur cum prædicato,  
sed in conceptu subiecti talis  
identitas non apparet, ideoque  
opus est comparare conceptū  
prædicati, & subiecti, vt hoc  
modo appareat ipsorum iden-  
titas. Secundò quando prædi-  
catum includit in obliquo a-  
liquid distinctum à subiecto,  
vel ipsi subiecto intrinsecum,  
vt quando dicimus *Petrus est*  
*albus*, vel extrinsecum, vt quā-  
do dicimus *Petrus est cognitus*.  
His positis, probatur conclu-  
sio, inam quoad primum mo-  
dum componendi patet, non

F 4 posse

posse dari si habeatur, vt habeatur ab Angelo perfectus conceptus obiecti, & omnium, cum quibus identificatur; aliter esset prædicatio nugatoria; quia nihil adderetur per prædicatū, quod non appareret per conceptum subiecti, quæ prædicatio est Angelo indigna. Quoad secundum, licet non pertineat ad perfectam cognitionē subiecti cognoscere ea, quæ sunt ab ipso distincta, & quæ proindē habent distinctam veritatem, vt exempli causa habent albedo, & subiectum albedinis; nihilominus ad hoc, vt affirmetur concretum de aliquo subiecto, puta *album de lacte*; necessarium est, vt de eo toto habeatur cognitio confusa, qualis solet haberi de totis, & à

qua

qua incipientes scientiæ pro-  
cedūt modo resolutiuo ad co-  
gnitionem partium, vt notat  
Aristoteles initio *physicorum*.  
Eiusmodi autem cognitio ideo  
est confusa, quia concipit sub-  
iectum, vt habens talem for-  
mam, præscindendo ab hoc,  
quod eam habeat per vnionē,  
vel potius per identitatem:  
atqui Angeli non habent co-  
gnitiones indistinctas de totis,  
sed singulas eorum partes di-  
stinctè cognoscunt, puta sub-  
iectum, vnionem, & formam.  
Ergo non possunt facere iudi-  
cium compositiuum concreti-  
cum subiecto.

55 Dicendum secundò,  
quod non componunt, aut di-  
uidunt conceptum vniuersa-  
lem respectu particularis ab-

ijs quidditatiuè cogniti, putat  
dicendo *Petrus est homo*. Patet,  
quia in hoc conceptu angeli-  
co *Petrus* apparet quicquid ap-  
paret in hac propositione *Pe-  
trus idem cum homine*; aliter  
conceptus Petri nō esset quid-  
ditatiuus. Ergo compositio es-  
set nugatoria. Nec valet ob-  
iectio, quod idem videatur de  
nobis accidere dum dicimus  
*Petrus est ens*. Respondetur  
enim quod hæc propositio, ut  
non sit yana, habet sensum se-  
cundò intentionalem. *Id quod  
apprehendo per cognitionem Pe-  
trus, est vnum ex apprehensis  
per cognitionem ens*, in quo sen-  
su affirmatur vnum concretū  
accidentale de alio, quod ne-  
gauimus fieri posse ab Ang-  
gelo.

56 Dicendum ultimo. Angelus non componit, aut diuidit circa gradus perfectè cognitos, è contrario potest componere, aut diuidere circa cognitos imperfectè. Probatur prima pars, qui enim perfectè cognoscit quidditatem hominis, & animalis non cognoscit in animali aliquid, quod non appareat in homine. Ergo non potest componere. Item duo gradus distincti quidditatiuè cogniti non minus apparent, vt duo, quam duo distincta, indiuidua, vnde frustra diuideret: & hoc etiam accidit proportionaliter, si duo illi gradus sint inadæquatè distincti, vt *corporeum*, & *sensituum*; tunc enim non potest fieri iudicium compositiuum, quia per co-

gnitiones simplices comparatiuas iam plenè apparet quicquid tali actu compositiuo iudicaretur. Hoc enim est habere cognitionem vniuersalem perfectam, sic cognoscere gradum illum, vt comparatus cum inferioribus, appareat diuisus in plures. Probatur secunda pars, quoniam quādo Angelus imperfectè cognoscit, non apparet illi euidenter ex parte subiecti totum id, quod potest applicare, vel remouere ex parte prædicati. Ergo non est ipsi inutilis, adeoque est possibilis, actus componens, aut diuidens.

57. Obijciens: Angelus cognoscit imperfectè etiam quædam indiuidua: exempli causa Deum. Ergo, si idcirco componit,

ponit, & diuidit circa gradus  
vniuersales, cur non, & circa  
indiuia? Respondeo, quod,  
ad hoc, vt non appareat eui-  
denter Angelo vnitas, vel dua-  
litas realis inter duos concep-  
tus obiectiuos, debet non ha-  
bere conceptum proprium,  
sed solum ænigmaticum de  
ijs obiectis: si enim sit proprius  
conceptus cum hic sit pecu-  
liaris vniuscuiusque rei, certifi-  
cat de distinctione a b alijs.  
Atqui cōceptus ænigmaticus  
includit vniuersalitatē ex  
parte obiecti. Ergo conceptus  
per quem fieri potest composi-  
tio, aut diuisio est obiecti vni-  
uersalis, & non indiuidui. Pro-  
batur minor, dum enim dico,  
e.g. *Id quod tango est id, quod  
video.*, affirmo obiectiuè dari  
ali-

aliquid vagum, & vniuersale  
 in quo contineatur obiectum  
 meæ visionis, & aliquid quod  
 sit obiectum mei tactus, & de  
 quocunque ex contentis in eo  
 prædicato amplissimo vniuer-  
 sali, assero quod sit id, quod ter-  
 minat meam visionem sub hac  
 conditione, si est quod termi-  
 nat meam tactionem.

In quo modo affir-  
 mandi, patet

includi a-

liquod

vniuersale

concep-

tum.

C A P V T XIX.

*An Angeli discurrant, ubi multa  
de discursu in genere, & an  
ad eum requiratur  
temporis successio.*

58 **C**irca quædam pa-  
tet Angelum nō  
posse discurrere, puta circa ea,  
circa quæ non componit, aut  
diuidit, quod enim intellectus  
prius componat, aut diuidat  
requiritur ad discursum. Item  
circa ea, circa quæ habet spe-  
cies intuitiuas, immediatè cer-  
tificantes de suo obiecto non  
discurrit; nam licet cognitio  
perfecta non excludat imper-  
fectam, quando hæc aliquid  
perfectionis ipsi superaddit,  
quando tamen imperfecta po-  
nitur

nitur solum in supplementum  
perfectæ, vt notitia opinatiua  
ponitur in supplementum eui-  
dentis, tunc non sunt simul;  
quoniam, quæ datur in supple-  
mentum alterius esset super-  
flua, si simul daretur. Atqui  
cognitio per medium videtur  
dari in supplementum imme-  
diatæ. Neque spectat ad perfe-  
ctionem cognoscentis actu in-  
ferre, sed sufficit cognoscere  
vim illatiuam, & connexionē;  
sicut Deus absque illatione, &  
discursu cognoscit se in creatu-  
ris, quia cognoscit connexionē  
creaturarum secum. Ergo non  
datur in Angelis circa res ab  
eis immediatè cognititas. His  
tāquā minus incertis prius po-  
sitis: difficultas est, an saltē cir-  
ca aliquid Angelus discurrat.

59 Dicendum probabilius est circa nullum obiectum Angelum discurrere. Ad cuius euidenciam, inuestigandum est alius quidnam requiratur ad discursum, vt id ad Angelos transferamus. Multi putant non requiri ad discursum temporis successione. Ego cum S. Thoma oppositū censeo. Pro quo sciendum est, nō posse intellectum assentiri alicui propositioni, quin in eodē signo naturæ appareat ipsi omnis connexio, quam pro toto illo instanti reali cognoscit idē intellectus inter illam propositionem, & alias quascunque. Probatur: alioquin cum sepe ex falsitate consequentis cognoscatur falsitas antecedentis, sequeretur quod posset in-

po-

posteriori natura representari  
 motuum ad reuocandum as-  
 sensum, quem facit in priori, &  
 sic posset in eodem instanti,  
 vel credere id quod appareret  
 vt falsum, vel habere duo iudi-  
 cia contraria. Hoc posito. Pro-  
 batur principalis conclusio.  
 Nam si appareat intellectui,  
 pro priori, connexio inter vnā  
 propositionem, & aliam, non  
 potest intellectus assentiri vni,  
 quin per eundem assensum as-  
 sentiatur & alteri formaliter,  
 aut æquiualerter, quemadmo-  
 dum nec voluntas, amando v-  
 num bonum, potest non ama-  
 re medium, quod cum bono  
 amato appareat connexum.  
 Vniuersaliter igitur quādo duo  
 in eodem signo apparent con-  
 nexa, intellectus sine discursu  
 per

per eundē actū assētitur vtriq.  
licet vni propter aliud, & in  
& alio, non per modum præmis-  
sæ, sed per modum mediij co-  
gniti; sicut dum sentio calorem  
assentior existētiæ caloris prop-  
ter sensationem. Ex his vide-  
tur ad discurrendū requiri  
temporis successionem. Vel  
enim in eo signo in quo intel-  
lectus cognoscit aliquam pro-  
positionem, apparet connexio  
eiusdem cum alia, & tunc in-  
tellectus non discurret, sed facit  
actum vnicum assentientem  
vni propter aliud, vt vidimus:  
vel non apparet, tunc hæc cō-  
nexio, sed solum in instanti se-  
quenti, in quo intellectus im-  
munis à labore formandi de-  
nouo talem præmissam, potest  
cum maiori facilitate eam præ-  
missam.

missam retinere quam potuerit antea illam formare . Vnde immunis à labore considerandi veritatem talis præmissæ secundum se , facile extenditur ad cognoscendam connexionem eiusdem cum alijs veritatibus , & proinde si talis præmissa retineat euidentiã , vel probabilitatem in sensu composito cum illationibus quæ ab ipsa inferuntur simul assentitur illi , si in ul veritati cõnexæ , & hoc facit per actũ discursiuum . Porro hic actus est intrinsecè discursiuus , & non per solam denominationẽ extrinsecam ab assensibus præcedentibus ; vnicuique enim apparet se experiri , quando discurrit , diuersum intrinsecè modum tendendi ab eo quem experi-

peri-

peritur in assensu immedia-  
to. Explicatur verò quomodo  
sit intrinsecè discursiuus. Hic  
assensus: scilicet per hoc quod  
habeat intrinsecam dependen-  
tiam ab assensu præcedenti, &  
per reflexionem supra actum  
memoriæ, reflectendo supra  
illum assensum, & habendo eū  
pro motiuo suo, saltem in adæ-  
quato. Nec hoc est nouum: pa-  
tet enim id accidere in argu-  
mentationibus longioribus,  
præsertim mathematicis, in  
quibus assentimur conclusioni  
præcisè ex memoria, quod fue-  
rimus assensi præmissis, etiam si  
veritas eiusmodi præmissarum  
non appareat tunc nobis ex  
alia ratione, quam ex prædicta  
memoria quod alias eisdem  
fuerimus euidenter assensi.

Vndè

Vndè dicendum est constitui discursum per hoc, quod sit aliquis modus tendendi peculiaris, & intrinsecè distinctus à iudicio immediato: debet autè esse talis actus, qui assentiatur vni obiecto in altero, non quidem cognito in se, & ex principijs intrinsecis suæ veritatis, sed in memoria assensus, quem illi præbuimus, quasi in attestate. Atqui hic modus idcirco conuenit homini, quia non potest attendere ad veritatem plurimū propositionum simul examinandam. Vndè cum in Angelis non detur similis imperfectio, sed quicquid iudicant, considerent tendentes in vnico instanti simul ad omnia cōnexa cum ipso, ideo non discurrunt, sed exercent solū assen.

sensus immediatos vnus in alio.

60 Obijcies primo, multa obiecta sunt Angelis obscura. Ergo circa ea nō possunt exercere assensus immediatos. Nego consequentiam: iudicant enim de ijs immediatè, licet in alio, & cum formidine; nos verò eatenus hæc obiecta diuidimus in præmissas, & cōclusionem, quatenus non possumus vno intuitu multa complecti: & propterea etiam forma syllogistica, quæ posset ex multis præmissis construi, redacta est ad duas, vt quando conclusio elicitur, possit haberi euidens memoria præmissarum.

61 Obijcies secundo: hinc aufertur distinctio inter propositiones mediatè, & immedia-

tè

tè notas . Omnis enim propo-  
sitió est immediatè nota respe-  
ctu perfectè , & quidditatiuè  
cognoscentis . Vndè est per ac-  
cidens , & propter imperfectio-  
nem , quod in nobis oppositum  
contingat . Respondeo cum  
Suario , quod hæc distinctio ve-  
rè oritur ex imperfectione co-  
gnitionis , & proindè non datur  
respectu cognitionum intuiti-  
uarum , quæ sunt ex suo genere  
perfectæ , sed solum respectu ab-  
stractiuarum , quia hæ certifi-  
cant de vno mediãre alio : pu-  
ta de prima passione mediante  
essentia , & de secunda passio-  
ne mediante prima . Intuitiua  
autem cognoscit ~~vnum in alio ;~~  
~~exempli causa primam passio-~~  
~~nem in essentia , secundam in~~  
~~prima , & sic deinceps , sed hæc~~  
omnia

omnia per vnicum actum im-  
mediatum.

CAP V T XX.

*An Angelus aliquando sit in  
actu, & aliquando in potentia  
circa obiecta, quorum species  
habet. Vbi explicatur modus  
potestatis Angelicæ, atque  
etiam humanae circa excita-  
tionem specierum.*

62 **C**irca hoc est mul-  
tiplex opinio. Sā-  
ctus Thomas affirmat Ange-  
lum esse in potentia circa a-  
ctuale considerationem, ;  
quia non semper actu omnia  
scit: alij putant posse Angelum  
actu scire omnia à se scibilia :  
alij dicunt necessario Angelū

G om.

omnia à se scibilia actu cogno-  
scere alij negant Angelo vtrū-  
que: tum potentiam, tum ne-  
cessitatem omnia actu sciendi  
à se scibilia. Ego hoc vltimum  
censeo probabilius. Difficultas  
est, quomodo Angelus exer-  
ceat libertatem cognoscendi  
hoc, vel illud. Suarius putat  
Angelum cognoscere necessa-  
riò semper ultra se omnes suas  
species intentionales, & in his  
obiecta cognoscere, sed confu-  
sè, quantum sufficit, vt possit  
ipse determinare quibus nam  
ex ijs speciebus velit effectiuè  
vti, ad distinctè cognoscenda  
plura, vel pauciora obiecta iux-  
ta capacitatem suam. Sed non  
placet sententia Suarij: quoniã  
sicut intellectus cognoscit suã  
entitatem perfectè, quia eã co-  
gno-

g  
c  
p  
se  
sp  
ta  
fu  
se  
V  
d  
il  
p  
n  
fi  
h  
v  
d  
g  
q  
d  
st  
d

gnoscit in se, ita & Angelus species perfectè cognosceret cum pariter eas, vt sibi intimas, in se cognoscat. Vndè cum eæ species habeant representare talia obiecta perfectè; non cõfusè, sed perfectè in ijs cognosceret omnia obiecta ipsarum.

Vt igitur inuestigetur quomodo Angelus excitet hanc, vel illam speciem pro suo arbitrio, prius est considerandum quomodo voluntas species excitet simpliciter. Et primò circa hoc sciendū est quod nō potest voluntas habere vim excitandi species, & consequenter cognitionem pro eo instanti, pro quo ipsa elicitur; quia si posset determinare intellectū ad distinctè cognoscendum pro eodem instanti id, quod in priori

natura non cognoscebatur distinctè, sequeretur quod hæc distincta cognitio posset afferre aliquam molestiam, ratione cuius ipsa displiceret, & præoptaretur eius negatio. Vnde consequenter essent pro eodem instanti involuntate duæ affectiones contrariæ, per quarum vnâ eligeret voluntas hanc cognitionem; & per aliam eandem repudiaret; non potest igitur voluntas excitare species, nisi pro instanti consequenti. Sed hinc oritur difficultas quomodo hoc imperium excitet species, an excitâdo aliquam motionem actualem, per quam eiusmodi species determinetur ad producendam cognitionem, an determinâs immediatè potentiam absque productione

vllius motionis intermediae, vt  
pro instanti sequenti excitet  
hanc speciem.

63 Dicendum, quod non  
determinat hoc secundo mo-  
do, quia per hunc modum hec  
determinatio reduceretur ad  
causalitatem Dei concurren-  
tis cum his potius speciebus,  
quam cum illis, tempore se-  
quenti, ex eo quod cognoscat  
præcessisse antecedenter tale  
imperium excitationis specie-  
rum: hic autem modus, redu-  
cendi effectus ad Dei causali-  
tatem in genere causæ parti-  
cularis, est parum philosophi-  
cus; quia ideò Deus pro-  
duxit causas secundas, vt in re-  
bus naturalibus retineret mu-  
nus causæ generalis, non parti-  
cularis, circa hoc, aut illud.

64. Dicendum secundò ,  
consequenter ad dicta , quod  
in eo instanti, in quo Angelus  
imperat sibi cogitare imme-  
diatè post de aliquo obiecto;  
hoc imperium determinat po-  
tentiam Angelicam, vt impri-  
mat speciebus virtutem quan-  
dam, per quam in sequenti in-  
stanti excitentur illæ species, &  
moueant ad cognitionem .

65. Obijcies primò. Repu-  
gnat causa, quæ habeat non  
operari statim ac detur, sed so-  
lum postea ; aliter ex nouitate  
effectus nō arguerentur nouæ  
causæ . Ergo repugnat talis  
motio quæ hoc haberet, vt ex-  
citaret species non statim , sed  
postea immediatè. Respondeo  
ex nouo effectu argui non præ-  
cisè nouam causam, sed vel  
nouam.

nouam causam, vel conditionem: sunt autem quædam causæ, quæ procedunt à principio exigente negationem illius conditionis, per quam habet compleri causa, vt operetur. Exempli gratia desiderium, ex vi cuius ponitur virtus effectiua obiecti desiderati, est tale principium, quod supponit absentiam obiecti. Vndè virtus ab ipso pendens non potest obiectum statim ponere, sed solum immediate post; quando iam cessante desiderio, illa virtus effectiua non ultra supponet absentiam obiecti efficiendi. Ita virtus excitatiua speciei pendet à voluntate supponente negationem excitationis pro instanti, pro quo talis voluntas est. Vndè non potest statim ex.

G 4 citare

citare speciem, sed solum immediate post, quando aberit tale impedimentum: cum enim id quod requiritur ad primū esse virtutis excitatiuæ speciei sit impedimentum ad eius operationem, quid mirum si nō operetur cum primum est, sed solum immediate post, quādo dabitur negatio impedimenti ad operandum? Hoc etiam contingit quoties decerno moueri ex loco, in quo sum; tunc enim dependenter ab hac voluntate supponente me in hoc loco, producitur impulsus habens vim ponendi me in alio loco immediate post, quando abfuerit hoc impedimentum, quod est: me supponi in hoc loco. Porro hæc motio in speciebus tam diū durat, quam diū

non

nō corrumpitur à virtute pro-  
ductiua alterius effectus incō-  
possibilis; hoc est cognitionis;  
quæ ex limitatione Angeli nō  
potest coniungi cum ea, ad  
quam determinant illæ species  
excitatae.

66 Obijcies secundo, vt  
Angelus velit excitare species  
talis obiecti, debet cognoscere  
saltem confusè tale obiectum:  
non videtur autem explicabi-  
le à quibus speciebus sit talis  
cognitio. Ergo non potest id  
velle. Respondeo hanc cog-  
nitionem confusam haberi ab  
ijsdem speciebus à quibus ha-  
betur cognitio distincta: hæ-  
enim species sunt determina-  
tæ ad repræsentandum suum  
obiectum cōfusè, & in vniuer-  
sali; indigent tamen determi-

G s natio.

natione, & attentione particulari ad illud representandum in particulari. Sic solet accidere in nobis, qui ex cognitione vniuersali, quam habemus exempli gratia, exordij Virgiliani, determinamur ad excitandam in nobis cognitionem huius carminis determinatè. Sic etiã Angelus determinatur ad hoc, sed perfectius, & per cognitionem, à qua certificatur, quod est in eius potestate excitare talem aliam cognitionem.

67 Ex dictis emergit maxima difficultas, quomodo scilicet dentur in Angelo illę vniuersales cognitiones, quibus eget, vt pro suo arbitrio excitet hanc, vel eam speciem particularem. Ad hoc explicandũ; dicendum primo, quod Angelo

lo

lo inseparabiliter inest cogni-  
tio suæ entitatis. Probatur;  
vel enim est in via, vel in ter-  
mino, si primum debet posse  
operari honestè, vt tendat in  
terminum, ad hoc verò vt ope-  
retur honestè necesse est, vt co-  
gnoscat conuenientiam actus  
cum operante. Ergo requiritur  
vt cognoscat operantem. Si est  
in termino debet gaudere, vel  
dolere; vtrumque verò suppo-  
nit cognitionem de physica  
conuenientia, vel disconueniē-  
tia operationis cum operante.  
Ergo supponit cognitionem de  
ipso operante. Confirmatur  
à priori ex paritate voluntatis  
determinatæ ad amorem sui,  
& indeterminatæ ad amorem  
aliorum, quæ non sunt conne-  
xa cum amore sui. Igitur hæc

G 6 eadem

eadem determinatio, & indeterminatio est in cognitione intellectus respectu sui, & aliorum. In homine non hoc idem accidit, ut opinatus est Mirandulanus: homo enim non semper agit vitam rationalem, vel animalem, sed sæpè vegetativam tantū, & ad cognoscendū indiget phantasmate, quod nō semper excitatur. Absurdum autem est in homine comminisci cognitionem, cuius nullū indicium, & recordationem habemus: aliter non possemus certificari, utrum fortè habuerimus visionem beatam, & similes mirabiles cognitiones, & paulatim incideremus in deliria Pithagoræ, & Platoniorū. Existimo tamen quod quoties aliquid cognoscimus, toties co-

gnos-

gnoscimus nos ipsos; omnis enim cognitio excitat voluptatem, vel tristitiam, quæ non possunt haberi sine cognitione proprii indiuidui. Hi enim affectus supponunt aliquid præsens apprehendi, ut nobis conueniens, vel disconueniens, Itæ relinquitur in nobis memoria, quæ repræsentat obiectum, ut à nobis antea cognitum. Ergo quando cognouimus aliquod obiectum, etiam cognouimus nos id cognoscere, aliter non possemus de hoc ipso recordari; quandoquidem non datur recordatio de eo, quod non fuit cognitum.

68 Dicendum secundò, ultra hanc cognitionem, quam de se habet Angelus, debere determinari à Deo in primo suæ.

suae existentiae instanti, ut cogitet de hoc potius obiecto, quam de alio. Probatur, quia ad hoc, ut Angelus cognoscat haec, vel illa obiecta, non sufficit species; cognitio autem quam habet de se est vniuersalissima. Unde non sufficit, ut determinet ad excitationem huius, vel illius speciei. Nec potest determinari à propinquitate obiecti, ut homo; quia non agit per sensus, qui recipiunt species ab obiectis. Ergo spectat ad auctorem naturae ipsum determinare ad primam cognitionem, sicut spectat determinare ad primum tempus, & locum. Posita verò hac determinatione non est necesse, ut ulterius determinetur à Deo quoties aggredditur aliquam nouam con-  
tem-

te  
qu  
pr  
lib  
no  
ne  
ca  
A  
ha  
m  
in  
Pe  
gi  
D  
be  
te  
fa  
co  
tu  
re  
tu  
le

temptationem, vt censuit Vasquez; aliter nō sufficiēter Deus prouidisset effectibus naturalibus per causas secundas, si non posset Angelus operari sine nouo Dei influxu in genere causæ particularis. Potest igitur Angelus à cognitionibus quas habet nunc in vniuersali, determinari ad hæc, vel illa obiecta in particulari cognoscenda. Per hoc non tollitur, quod cogitatio congrua sit beneficiū Dei, tum quia posset Deus ex bono fine ad alia diuertere intellectum Angeli, quod non facit, ne impediatur cogitationē congruam; tum quia initio potuisset talem ordinem instituire, in quo præuidisset non orturam hic, & nunc Angelo talem congruam cogitationem.

Di.

69 Dicendum vltimo, Angelo semper adesse principium sufficiens ad cogitandum de quolibet obiecto particulari, cuius habet species, prout Angelus voluerit intellectum applicare ad hoc, vel illud. Probat, quia hoc spectat ad perfectionem Angeli, vt de nullo obiecto habeat obliuionem inuincibilem, quæ æquiparetur ignorantia. Per hanc potestatem vtendi sua scientia habituali possidet Angelus suam scientiam, quod si non cognosceret sub vniuersali suas species, neque posset ijs vti, & proinde tunc non perfecte possideret suam scientiam; cum igitur insint Angelo vniuersales rerum species, hæ sunt determinatæ ad semper mouendum intel-

intellectum Angelicum, vt co-  
gnoscat omnia obiecta, que re-  
presentantur ab ipsis; non qui-  
dem particulariter, & distin-  
ctè, sed sub vniuersali ratione,  
& in qua multa conueniunt, &  
ita vt possit determinari ad  
volendū illa distinctè cogno-  
scere.

C A P V T XXI.

*Circa Angelorum loquutionem  
multiplex opinio affertur,  
& refellitur.*

70 **P**ostquam egimus  
de modo cognitio-  
nis Angelorum circa obiecta,  
quorum cognitio ijs debetur,  
restat inquirere de modo co-  
gnitionis circa ea quæ cogno-  
scit.

scit alter dependenter ab alterius voluntate, hoc est de modo loquutionis Angelicæ. Difficile autem est exponere, qualiter Angeli se mutuò alloquantur; cum enim careant corporeis instrumētis, per quæ formantur soni, qui audiuntur à propinquis, & non à remotis, videtur, quod non poterit Angelus alloqui alium Angelum, quin omnibus sit ea loquutio manifesta: ex quo orirentur incommoda in Republica Angelorū: quod si dicamus dari tot linguas; quot sunt Angelorum binaria, videtur incredibile; quia plures essent species in mente Angelica pertinētes ad sermonem, quam sint omnes aliæ species cæterorum obiectorum.

71 Ad quæstionis euiden-  
tiam tria sunt inuestiganda.  
Primò, qui nam fuerint modi  
dicendi auctorū circa hoc pū-  
ctū, vt ex aliarū sententiarū re-  
probatione appareat veritas no-  
stræ. Secūdò, quæ nā sit essentia  
locutionis in communi, vt ex  
notitia communium definiā-  
tur propria circa locutionem  
Angelorum. Tertiò, illatio ad  
propria locutionis Angelicæ.  
Circa primū, plures sunt prin-  
cipales modi dicendi. Primus,  
est Angelum loqui per hoc  
quod cognitionem effectiuē  
producat in mente audientis,  
vt putauit Scotus, aut speciem  
intelligibilem cognitionis effe-  
ctiuam, vt censuit Suarez. Hic  
modus quomodocunque ex-  
plicetur multipliciter refellitur.

Primò.

Primò, quia vel hæc productio fieret in quacunque distantia, & hoc videtur contra rationē causæ in communi, ad cuius actiuitatis spheram, videtur vel vnicè, vel præcipuè instituta dispositio localis; vel requireret propinquitatem, & Angeli non possent loqui nisi relinquendo sua ministeria, & locum mutando, quod videtur durum. Sed quicquid sit de hoc, vrgetur fortius, & à priori, quia hæc productio non habet essentiam locutionis; est enim de loquutionis essentia non solum manifestare obiectum, sed ipsum manifestare, vt directum ad audientem. Atque ita videmus non incidere in censuram, qui aliquid manifestat excommunicato denunciato,

ciato, etiam loquendo coram ipsa, & ex desiderio, vt ipse aliquid audiat, vel sciat: dummodo non dirigat loquutionem ad ipsum. Hæc autem directio ad essentiam loquutionis necessaria, non apparet quod, aut quomodo interueniat in hac manifestatione facta per productionem cognitionis, aut speciei, nam certè Deus meus non alloquitur per hoc præcisè, quod in me speciem, aut cognitionem producat de aliquo pertinente ad actus internos ipsius Dei.

72 Secundus modus explicandi est Angelum loqui per voluntatem, qua desiderat suum actum intentionalem alteri patere, per quam voluntatem cessat naturale sigillum, & incipit

incipit cogitatio vnus Angeli,  
poni intra obiectum propor-  
tionatum cognitioni alterius  
Angeli. Sed hic modus pariter  
est falsus. Primò, quia voluntas  
vnus Angeli non videtur pos-  
se determinare physicè opera-  
tiones alterius. Videtur enim  
quod voluntas physica vnus  
non possit habere in sua phy-  
sica potestate nisi operationes  
eiusdem, non alterius agentis.  
Et ex hoc cuilibet innotescit  
esse ab ipso suas operationes,  
quoniam experitur eas fieri ip-  
so volente. Et nos pariter ex eo  
quod operemur tantùm Deo  
volente, inferimus Deum con-  
currere nobiscū ad operandū.  
Cū ergo hinc habeatur quod  
Angelus non possit per suam  
voluntatem determinare phy-  
sicè

fi  
g  
ti  
re  
d  
v  
S  
g  
b  
fi  
ie  
le  
n  
fi  
e  
fi  
e  
g  
c  
f  
e  
c

li, sicè intellectum alterius ad co-  
or. gnoscendum; hæc determina-  
ius tio erit solum moralis, & demū  
ter reducenda ad moralem prou-  
tas dentiam auctoris nature, quod  
of. videtur parum philosophicū.  
ra. Secundò sequeretur, quod An-  
im gelus non posset mentiri. Pro-  
ius batur, nam per eius voluntatē  
ay. fieret alteri Angelo notū ob-  
nes iectum prout est in se. Nec va-  
tis. let quod dicunt aliqui posse  
scit mentiri Angelum vsurpando,  
es, si velit, aliud genus locutionis  
ip. ex signis corporeis pacto con-  
eo stitutis ad significandum; nam  
deo ex hoc sequeretur quod An-  
on. gelus potentior posset cogere  
dū. debiliorem ad manifestanda  
od sua arcana, quod incōueniens  
m. est tantum, vt ad ipsum vitan-  
hy. dum natura reddiderit possi-  
bile

bile mendacium, dum noluit inter homines instituere pro locutione signa essentialiter vera; posset inquam cogere ad hanc manifestationem necessitando ipsum per minas ad non utendum, nisi ea locutione, quæ in hac sententia est essentialiter vera, & in qua proindè non posset non reuelare arcanum suum Angelus debilior. Ideò solus Deus, qui cogi non potest, habet locutionem essentialiter veracem.

73 *A priori* contra eam sententiam est, quia locutio nõ solum debet esse manifestatio obiecti, sed & debet esse intrinseca directio ipsius obiecti ad audientem, aliter si quis alloqueretur Paulum coram Petro cum intentione, vt Petrus intelligi-

luit  
pro  
ve-  
e ad  
ces-  
ad  
tio-  
t ef-  
pro-  
lare  
ebi-  
cogi-  
nem

telligeret suum conceptum, di-  
ceretur alloqui Petrum, quod  
est falsum; atqui illa voluntas  
Angeli non est intrinseca dire-  
ctio ad audientem, nec pecu-  
liariter excitat alium Angelū,  
vt audiat, sed solum ponit ar-  
canum suum intra spheram  
cognitionis illius alterius An-  
geli. Ergo non sufficit ad lo-  
cutionem.

74. Ultimus modus dicen-  
di præcipuus est, Angelum lo-  
qui per voluntatem, qua Mi-  
chael, exempli causa, velit, vt  
Gabriel sciat Michaelem desi-  
derare, quod ipse habeat tale,  
vel tale iudicium de ipsius Mi-  
chaelis arcanis. Porrò per hanc  
volitionem mētiri potest, quia  
potest velle, vt audiens habeat  
conceptum suo conceptui dif-

H for

formem. Sed contra hunc modum sunt aliquæ ex difficultatibus superioris modi; ut considerantipatebit, & est ulterius quod sicut homo potest aliquid dicere, & tamen desiderare, ut alius non credat, ita posse videtur & Angelus, & consequenter videtur distinguere dictio, seu locutio à tali desiderio. Præterea nec videtur esse mendacium, imperare mihi desiderium, quod alius credat id, quod ipse non credo; præsertim cum hoc si desideretur ex bono fine ne videatur quidem inhonestum, quæ inhonestas certè requiritur ad mendacium, aliter non posset ex mendacio oriri deceptio; hæc enim fundatur in eo, quod credam loquentem esse bonum,

De Ang. Cap. XXII. 171.

ac proinde nō mentiri. vndè ex  
Angelis nemo deciperetur, si  
crederet loquentem posse si-  
mul mentiri, & simul esse bo-  
num.

C A P V T XXII.

*Explicatur in quo consistat es-  
sentia locutionis, vt sic, & de  
intrinseca distinctione locutio-  
nis ad alium à locutione ad se,  
& cognitionis practica à spe-  
culatiua.*

75

**A** Cutè, ac profun-  
dè S. Thomas at-  
tigit essentiam locutionis *pri-  
ma par. quæst. 107. art. 1.* vbi  
docet, tripliciter obiectum esse  
in mente. Primo habitu, &  
secundùm memoriam. Secun-

H 2 dō,

dò, vt actu consideratum. Tertiò, vt ad aliud relatum ; sicut autem de primo gradu transfertur in secundum , quoniam nos vtentes habitibus quando volumus, formamus verbum mentis, per quod nos ipsos alloquimur , ità de secundo gradu transfertur in tertium per voluntatem ordinatiuam ipsius ad alium, cui manifestetur. Ad cuius euidentiã sciendũ est cum omnis locutio ad aliũ supponat locutionẽ ad se, quod ex huius etiam notitia pendet illius intelligentia. Porro nos tunc dicimur formare verbum mentis , seu nos ipsos alloqui, quando principio nostro habituali cognitionis vtimur ad actu aliquid cognoscendum, quod habitu solum cognoscebamus.

bamus. Hinc est de essentia  
*Verbi* esse quod procedat à  
scientia habituali; nemo enim  
dicit sibi id, quod antea pror-  
sus nesciebat; & propterea *Ver-*  
*bum* diuinum dicitur proce-  
dere à memoria foecunda,  
quoniam hæc vniuersè, cum  
sit conseruatiua specierum est  
principium habituale sciendi.  
Est tamen hæc differentia in-  
ter *Verbum* diuinum, & no-  
strum, quod diuinum suppo-  
nat memoriam infinitè perfe-  
ctam, in qua continetur proin-  
de omnis perfectio, tum actus  
primi, tum actus secundi. Vnde  
*Verbum* non addit supra  
ipsum Deum aliquam perfe-  
ctionem, sed solum perfectio-  
nis communicationem; at *Ver-*  
*bum* nostræ mentis non est so-

lūm communicatiuum perfe-  
ctionis, quæ in nobis præerat,  
sed addit nouam perfectionē.  
Quod in hac redicitur de Ver-  
bo diuino potest etiam propor-  
tionaliter accipi de Spiritu Sā-  
cto, vt patebit consideranti; è  
contrario visio beata ideò for-  
tasse negatur esse Verbum,  
vt diximus *in libello de Deo*,  
quia non supponit principium  
habituaie sui: vndè non est lo-  
cutio beatorum ad se ipsos.  
Vlterius quoniam omnis lo-  
cutio ad alterum oritur à lo-  
cutione ad se, ideò dicuntur  
creaturæ videri à beatis in Ver-  
bo, non quia videantur in ali-  
qua perfectione, quæ sit pecu-  
liaris Verbi, sed quia, cum rela-  
tio Verbi sit illud vltimū com-  
plementum, per quod Deus di-  
citur.

citur se ipsum alloqui, est illa  
conditio, per quam vltimo de-  
terminatur, vt possit alios al-  
loqui, ijs communicādo suam  
scientiam; sicut & propterea  
futura dicuntur videri in scien-  
tia visionis, & in decretis Dei.  
Et porro post esse habituale  
scientiæ per quod vnusquisq;  
redditur potens, vt se ipsum al-  
loquatur actu sciendo, conse-  
quitur actualis sciētia, per quā  
& se actu alloquitur, & reddi-  
tur potēs, vt alios alloquatur;  
prius enim est vniuersaliter;  
quod aliquis intrinsecè sibi cō-  
municet aliquam perfectionē,  
inde quòd eam effundat in  
alios à se. Propter similem ra-  
tionem dicuntur gratiæ con-  
ferri per Spiritum Sanctum,  
non quia beneficentia diuina

non sit communis omnibus personis, sed quia primum donum est amor, ex quo sunt cætera dona. Omnis autem amor erga alios supponit tanquam mensuram, & ideam amorem erga se. Undè amor quo Deus nobis dona confert, supponit formaliter tanquam ideam amorem, quem exprimit, ut elicitedum erga se ipsum & communicatum sui.

76 Difficultas est. An effusio illa locutionis, quæ tendit ad extra; & sic est locutio ad alios, intrinsecè distinguatur à cognitione, per quam alloquimur nos ipsos; an potius ipsa loquutio ad intra, præcisè per hoc, quod à voluntate ordinetur ad alium, denominetur de nominatione extrinseca locu-

tio.

tio ad extra, & ad alium. Dicendum intrinsecè distingui, & sic diuersæ rationis esse cōceptū prout exprimit aliquid cognoscenti, & prout extratendit ad aliud ordinatus. Ad huius euidentiā sciendum est; quod diuersitas inter duas operationes intētionales nō cōsistit in sola diuersitate obiecti prosecutionis, sed etiam in diuersa ratione, sub qua respicitur idem obiectū, puta amor, & gaudium habent idem obiectum prosecutionis, & tamen diuersificantur ex diuersa ratione *sub qua* in quantum ex suo modo tendendi supponūt cognitionem de diuerso obiecto; nempe gaudium supponit cognitionem de præsentia, & amor cognitionem præscindē-

H 5 tem

tem à præsentia , vel absentia  
obiecti. Id ipsum potest acci-  
dere in duabus cognitionibus,  
vt conueniant in eodem obie-  
cto affirmato , vel repræsenta-  
to, & tamen differant in ratio-  
ne *sub qua* : quemadmodum  
enim diuersa volitio pendet ex  
diuersa cognitione, à qua diri-  
gitur; ita etiam diuersa cogni-  
tio pendet à diuersa volitione  
à qua imperatur. Possunt ergo  
hanc diuersam volitionem im-  
perantem exprimere ex suo  
modo tendendi diuersæ cog-  
nitiones. Porrò id accidit diuer-  
sitati inter cognitionem pra-  
cticam, & speculatiuam, quòd  
practica exprimat ex suo mo-  
do tendendi voluntatem, per  
quam referatur ad aliquod o-  
pus; speculatiua non: esto quod  
etiam

etiam ipsa per accidens, & per voluntatem ex suo modo tendendi non expressam, possit ad aliud ordinari. Id ipsum accidere potest in loquutione ad alterum, quòd nimirum exprimat voluntatem, per quam referatur ad propagandam scientiam in aliis, quam voluntatē non exprimit locutio ad se. His positis. Probatur sic de facto accidere, & consequenter, quod loquutio ad alterum, intrinsecè differat à locutione ad se. Primò, auctoritate S. Tho. initio huius capituli citati, distinguentis cognitionem speculatiuam entitatiuè à practica; eo quod illa ordinetur ad perfectionem cognoscentis, hæc verò ad aliquid aut operandum, aut alteri manifestan-

H 6 dum.

dum. Confirmatur experientia, quia dum alloquimur Deū, aut Angelos non facimus merum actum voluntatis ordinatum ad ipsos nostrorum cōceptuū. p̄cedentium; sed potius, ex voluntate eos alloquēdi, imperamus nobis quosdam conceptus intrinsecè ad ipsos ordinatos, vt videmur experiri. Probatur secundo, principaliter quia aliter voluntas loquēdi includeretur in locutione tanquam pars intrinseca, quare talis voluntas loquendi, non haberet obiectum adæquatè à se contradistinctum, sed moueretur partialiter à sui bonitate, quod repugnat, vt sæpè docuimus. Explicatur hæc ratio; vel enim obiectum talis voluntatis est sola verborum prolatio, vel

vel est hæc prolatio simul cum  
volūrate ordinatiua ipsius pro-  
lationis ad finem significandi.  
Neutrū ex his dici potest. Er-  
go hoc obiectum debet esse  
aliquid tertium, adeoque de-  
bet esse conceptus ex sua na-  
tura ordinatus ad alium. Pro-  
batur, quod hoc obiectum non  
possit esse sola prolatio; quoniā  
hæc non est locutio, sed eius si-  
gnum, quocircā non mentire-  
tur (esto quod peccaret contra  
conventionem, quæ de iure  
gentium nos obligat ad non  
utendum sine alia utilitate si-  
gnis ex pacto constitutis in  
Republica, nisi ad finem verè  
significandi) non mentiretur  
inquam qui poneret externa  
verba sine animo alloquendi  
etiamsi videret alios inde fal-  
lendos,

lentos, & opinaturos ipsum loqui. Probatur, quia non incidere in censuram, si proferret sic verba coram adstantibus excommunicatis; neque qui sic recitaret materialiter blasphemiam; alijs inde conijcientibus ipsum blasphemare, incideret in censuram blasphemiae. Imò si quis loquatur coram multis, sed vnum tantummodo alloquatur, quamuis alij audiant, & ex eius verbis hi ducantur in errorem, non dicitur esse illis mentitus; adeoque si is què alloquebatur, pacto secreto conuenisset cum loquutore circa diuersam significationem verborum, non diceretur iste loquutor villo modo mentitus. Ergo loquutio præter illam externam significationem factã

in

in talibus circumstantijs, in quibus videatur prodire à iudicio interno, & à voluntate illud manifestandi, requirit aliquam veram, & peculiarem directionem ipsius interni iudicij ad eum, quem alloquimur, & hæc directio est aliquid omnino contradistinctum ab omni significatione externa, quia tota hæc nõ sufficit ad loquutionem, vt vidimus. Probatur altera pars, quod scilicet obiectum voluntatis imperantis loquutionem, vltra prolationem non possit solum includere voluntatem ordinatiuam prolationis ad alium. Nam per voluntatem illam ordinatiuam non constituitur sufficienter loquutio. Ergo nec per imperium talis voluntatis ordinatiue sufficienter.

ficienter explicatur intentio loquendi. Probatur antecedens, quia voluntas illa ordinatiua habet pro obiecto solam prolationem externam verborū, quæ non est signum completum, vt vidimus: vltcrius ipsa voluntas ordinatiua nō sufficit ad complendam prolationem exteriorē in ratione locutionis. Ergo complexum ex prolatione verborum, & voluntate ordinatiua prolationis ad alium non sufficit ad constituendam locutionem, nec per consequens sufficit ad constituendum obiectum voluntatis loquendi. Probatur, quod voluntas ordinandi prolationē exteriorē ad alium, non compleat sufficienter talem prolationem in ratione locutionis, quia

quia si ego proferam verba  
æquiuoca ex hoc fine, vt au-  
diens intelligat illa in sensu fal-  
so, sicut protulisse narratur Sā-  
ctus Franciscus, non per hoc  
censeor mentitus, nec dico  
enunciaffe illa verba in talisē-  
su, & tamen datur prolatio ex-  
terna apta de se ad exprimen-  
dum illum sensum, & vltimus  
datur volitio interior ordina-  
tiua talis prolationis ad hunc  
finem, vt audiens putet me  
proferre verba in tali sensu;  
quod ipsum alijs exemplis o-  
stendi posset. Et ratio à priori  
cur loquutio non constituatur  
per talem voluntatem, est, quia  
voluntas intendit loqui. Vnde  
cum volitio non alliciatur à se  
ipsa, nec se ipsam intendat, ne-  
cesse est quod distinguatur ad  
æquatè

æquatè ab ipsa . Accedit quod  
prolatio verborum sæpè non  
habet vllam bonitatem , nisi  
complere loquutionem . Vnde  
nulla voluntas potest impera-  
re prolationem , nisi vt mota à  
bonitate loquutionis . Sed nulla  
voluntas potest moueri à bo-  
nitate sua . Ergo nulla voluntas  
includitur in loquutione , & in  
eius bonitate : aliter , vel ea vo-  
luntas moueretur à se ipsa , vel  
à prolatione non habente suf-  
ficientem vim ad mouendum .  
Cum ergo loquutio neque  
constituatur per prolationem ,  
neque per ipsam simul cum  
voluntate : restat vt constitua-  
tur per aliquem actum intelle-  
ctus , essentialiter institutum à  
natura , ad manifestandum cō-  
ceptum ; qui actus possit quidē  
esse

esse verus, & falsus, non verò  
possit esse signum, & non esse  
signum; quoniam si esset indif-  
ferens ad esse signum, & non  
esse signum, deberet ad esse si-  
gni compleri per voluntatem,  
quod hactenus reprobavi. Id  
autem quod est indifferens ad  
esse signum, est ipsa vox, & ex-  
terior sermo; sed non ipsa lo-  
quutio secundum omnia quæ  
includit. Hæc enim est  
manifestatio concep-  
tus solum indif-  
ferens ad  
esse  
veram, vel  
falsam.

## CAPUT XXIII.

*Soluuntur obiectiones contra  
predicta, & esse locutionis  
in genere magis ex-  
plicatur.*

77

**O** Biectiones primò  
Ista loquutio,  
seu conceptus ad alium ordi-  
natus, vel est simplex appre-  
hensio, vel iudicium: neutrum  
dici potest. Ergo non benè ex-  
plicatur. Respondeo, quod  
loquutio, vt loquutio importat  
solum voluntariam appren-  
sionem obiecti ordinatam ad  
audientem; at loquutio vt ve-  
ra, importat iudicium circa  
rem, & notitiam talis iudicij in  
loquente. Vndè mentitur quis

sic

fic concipiens voluntariè in  
ordine ad alium aliquod obie-  
ctum, quod nō iudicat verum,  
vt eum conceptum ordinet ad  
alium: & ideò verba, vt sint cō-  
plementum loquutionis, de-  
bent esse signa talis appren-  
sionis: vt autem sint comple-  
mentum locutionis vere, debet  
huic apprensiōni annecti iu-  
diciū de re apprensa, quod  
iudiciū naturaliter significat  
talis apprensiō; ipsumque  
ordinat ad audientem. Si verò  
in eo, qui profert verba nec de-  
tur iudiciū ijs verbis confor-  
me, nec apprensiō eius iudi-  
cij ordinatiua ad audientem;  
tunc verba ne quidem erunt  
loquutio, adeoque nec falsa  
tanquam loquutio, sed falsa in  
genere alterius signi.

*Obj.*

78 Obijcies secundo, non est explicabile quid sit in ea loquutione *ly ad aliud ordinari*. Respondeo ipsum *quid est*, hoc est conceptum propriū huius apprehensionis ordinatiuæ ad aliam, cadere sub experientia; nec proindè posse vltèrius explicari; vt accidit in alijs actibus intentionalibus, qui sunt adeò clari, vt per eos alia explicentur, non verò explicantur ipsi per aliud. Si verò quærantur causæ, ac proprietates huiusmodi apprehensionis. Respondeo, quod sicut voluntas primo ordinatur ad retinendū suum bonum in se, & postea ad effusionem ipsius in alios, sic intellectus primo ordinatur ad gignendam scientiam in se, & postea ad propagandam

in

in  
te  
te  
&  
est  
fib  
ue  
ad  
tin  
fio  
dic  
Ill  
no  
tel  
ad  
fio  
m  
te  
tia  
m  
de  
&

in alijs. Vnde in vtraque potentia datur diuersus modus tendendi ad vtrumque effectū; & sicut in voluntate diuersus est modus bonum appetendi sibi, & alijs; sic in intellectu diuersa est apprehensio ordinata ad iudicium intelligentis, vt retinendum in se, ab ea apprehensione, quæ ordinatur ad hoc iudicium alteri communicandū. Illa prima apprehensio potest non esse voluntaria, eò quòd intellectus essentialiter ordinetur ad scientiam intelligentis, & sic non debet ad hanc communicationem à libertate determinari; secunda est essentialiter voluntaria, eo quod communicatio scientiæ ad alios debeat esse effectus amicitiae, & per consequens etiam libertatis.

tatis. Quod si talis apprehensio conformetur iudicio apprehendentis, & oriatur à voluntate communicandi alteri veram notitiam, propriæque notitiæ conformem; tunc loquutio ad alterum cōformatur loquutioni ad se, et est vera; si cōtra accidat, difformatur, et est falsa. Ille igitur apprehendendi modus qui refertur ad alios, est essentialiter voluntarius, et, si quidem procedat ex desiderio communicandi scientiam veram, est essentialiter similis illi imagini, quam de eodem obiecto formamus in ordine ad nos, atque adeò concordat loquutio ad alios cum loquutione ad nos ipsos. Si autem procedit ex intentione fallendi, tunc altera loquutio ab altera

tera

tera discordat. Sed quoniam, ut idem S. Thomas notat loco citato, ea apprehensio interna non est intuibilis ab hominibus immediatè in se ipsa, propter crassitiem corporis; ideò per pactū instituta sunt signa externa ad eam manifestandam; quod non accidit in Angelis. Hæc signa non ideò possunt decipere, quia sunt signa ex pacto, & non naturalia, sed quia significāt immediatè aliquid, quod posset decipere etiam si cerneretur in se ipso; hoc est illas apprehensiones ad alium ordinatas: sicut suspiria, nutus, genuflexiones, & alia huiusmodi, non significant ex pacto, sed per naturā, et tamē possunt esse signa mendacia. Quin etiā quia significationem habent non necessariam, & essentialē,

I sed

sed probabilem, ideò possunt aliquando non esse formaliter signa, vel certè non esse formaliter loquutio; si nimirum re ipsa gerantur sine locutione interna; quocirca tantum per hoc differunt à vocibus, quod habent à natura id, quod voces articulatae habent à pacto.

79 Obijcies tertio, vel istae apprehensiones per voces significatè constituunt adæquatè loquutionem, & si hoc esset, non includerentur in locutione voces externae, vel non constituunt adæquatè, & redit superior difficultas, an voces compleant loquutionem, vel ut prolatae utcunque, vel ut prolatae taliter. Ergo illae apprehensiones sunt frustra ad soluendam  
diffi.

difficultatem. Respondeo pro-  
lationes externas inter homi-  
nes non solum pertinere in-  
trinsecè ad loquutionem, sed  
esse id, quod tantum loquutio  
dicit in recto; sunt enim voces,  
id quod constituit obiectiuè  
vim manifestatiuam concep-  
tus; sed tamen ad denomina-  
tionem loquutionis exigunt  
in obliquo dependentiam à  
conceptu interiori; nec tamen  
ideò requirunt aliam volunta-  
tè liberā, quā imperiū illius ap-  
prehensionis internæ, quia tale  
imperium dum vult eam ap-  
prehensionem, intendit neces-  
sariò eam, vt medium ad ma-  
nifestationem, & consequenter  
simul imperat prolationem,  
vocum completiuam manife-  
stationis; vel determinat volū-

tatem ad talem prolationem imperandam; non vt integram loquutionem, sed vt vltimum loquutionis complementum. Ex quibus patet non sequi inconueniens superius allatum; quod idem alliciatur à bonitate sui ipsius: Voluntas enim quæ habet pro obiecto loquutionem integram, ac proindè quæ est contradistincta, & secundum rem, & secundum cōceptum à toto eo, quod in loquutione includitur, est voluntas imperans ipsas voces internas, vtpotè quæ non sunt imperabiles, nisi ad finem loquendi, & sic ponendi coetera omnia quæ pertinent intrinsecè ad loquutionem.

CAPVT XXIV.

*Resoluitur quæstio circa loquutionem Angeli, & quomodo Angelus possit mentiri, & alloqui unum aut plures pro suo arbitrio.*

80 **E**X dictis asserendum est dari in Angelo cognitiones essentialiter directas ad alium, ab eo tantum naturaliter cognoscibiles ad quem diriguntur. Probatur primò, eo genere probationis, quod est familiare Aristoteli; nimirum quia in hoc puncto videntur conuenire plures ex allatis sententijs, si rectè expli-

I 3 cen.

centur, vt patebit cōsideranti,  
tum sententiam ponentium  
loquutionem. Angeli fieri per  
signa spiritualia, quę signa hoc  
modo explicata non patiuntur  
vllam difficultatem; tum sen-  
tentiam dicentium fieri lo-  
quutionem per voluntariam  
reflexionem Angeli supra suos  
actus, quę sententia potest in-  
telligi de eo peculiari genere  
reflexionis, quod nos ponimus;  
tum demum id habet locum  
in aperta sententia. S. Thomę  
supracitati. Secundò. Probatur  
ex causa finali; quia ex vna  
parte debet seruari naturale  
secretum in actibus Angelorū;  
ex alia debent esse liberè ma-  
nifestabiles hi actus, tum ad  
amicitiam tū ad societatem;  
quod commodè præstitum est  
red.

reddendo tantum eos cognoscibiles in aliqua imagine voluntariè exhibita à cognoscente; quæ proindè imago non est mirum, si ab ijs solum ad quos dirigitur, sit naturaliter cognoscibilis; nō verò ab alijs, ad quos non dirigitur. In nobis hoc nō potuit accidere, quoad externam manifestationem, quia obiectum sensibile cum non spectet vnicè ad naturam rationalem capacem societatis, & amicitiae, æquè se habet respectu cuiuslibet sentientis; cum verò hoc non accidat in obiecto intelligibili, potuit dari obiectum vni intelligibile, & non alteri, quippè ad vnum directum non ad alterū. Quidni enim, sicut cogitatio, quae me ipsum alloquor, non habet

aliquem effectum sensibilem,  
extra, vt pateat alteri; e diuerso  
eum habet cogitatio que ordi-  
natur ad alium alloquendum,  
sic & respectu Angelorum sic  
diuersa natura cogitationum;  
ita vt alia exigant produci spe-  
ciem sui in alio Angelo; alia  
non. Certè in hoc modo di-  
cendi omnia saluantur, quæ in  
alijs sunt difficilia; puta quod  
vnus Angelus alloquatur vnũ,  
non alloquendo omnes: allo-  
quatur paucos, aut multos pro  
diuersitate ordinationis ad v-  
num, aut paucos, aut multos.  
Item saluatur quomodo dari  
possit mendacium in Angelis  
per ordinationem conceptus  
difformis iudicio quod habet,  
& consequenter quomodo po-  
tentior non possit cogere debi-  
liorem.

liorem ad arcana sua illi pro-  
denda. Item quomodo possit  
vnus Angelus alium alloqui,  
desiderando ne credat, si ni-  
mirum ordinet ad eum appre-  
hensionem, desiderans, vt eli-  
ciat iudicium tali appren-  
sioni difforme. Item quomo-  
do distinguantur in Angelo  
varie species loquutionis opta-  
tiue scilicet & enunciatiuę. Sic  
enim distinguuntur; optatiua  
est conceptus ordinatus ad al-  
lium, practicus, directus intrin-  
secè ad obtinendam aliquam  
operationē ab eo, quē alloqui-  
mur. Enunciatiua est concep-  
tus ordinatus ad alium intrin-  
secè speculatiuus.

81. Obijcies primo, supra  
negauimus Angelis primas ap-  
prehensiones. Ergo malè hic

I § cas

eas admittimus. Respondeo nos negasse apprehensiones ordinatas ad iudicium apprehendentis; quia sic purè apprehendere esset imperfectio Angeli; non verò ordinatas ad iudicium eliciendum ab alio; quia circa illud nil aliud possunt Angeli, quam producere in se imaginem talis obiecti, quæ sit talis apprehensio in ipsis Angelis propagatiua eorum notitiæ ad mentem alterius.

82. Obijcies secundò. Ex his sequeretur dari etiam in Deo primam apprehensionē, quod est falsum per nos. Respondeo, quod cum Deus sit essentialiter verax, eius loquutio est iudiciū affirmans quod res ita sit; seu hæc loquutio sit

iu.

iudicium peculiare directum  
ad nos, seu supra verbum in-  
ternum addat solam volitionē  
ipsum manifestandi exterius,  
quod est probabilius; quia per  
verbum internū obiecta sunt  
perfectè in Deo. Vndè noua  
ordinatio superueniens non  
potest esse exercitium cognitio-  
nis, sed libertatis.

83. Ex dictis collige posse  
in omnibus creaturis dari lo-  
quutionem erga Deum, non  
tamen voces significatiuas in  
ordine ad ipsum Deum: Et in  
hoc sensu verificari, quod di-  
ximus circa hoc in libello *de*  
*Fide*. Patet secundum; quia  
signum est medium ad hoc, vt  
alter inferat rem: At Deus om-  
nia immediatè scit. Ergo respe-  
ctu Dei non datur medium.

ad inferendum, adeòque nec  
 signum. Probatum primum,  
 quia possumus erga Deum  
 exercere modum illum appre-  
 hendendi; non quidem ad  
 hoc, ut Deo pateant res ap-  
 prehensæ, sed ut cognoscat  
 ipsam apprehensionem, &  
 loquutionem nostram, quæ  
 est actus obsequij erga Deum,  
 & aliquis cultus diuinæ  
 perfectionis; hoc au-

tem sufficit ad  
 essentiam

loquu-

tio-

nis.

CA:

A

li

p

a

&

ii

q

A

P

F

C A P V T XXV.

*An Angelo sit essenziale esse in  
loco, & tempore, & quanam  
sit quoad hanc necessi-  
tatem differen-  
tia spiritus  
à corpo-  
re.*

84. **A**Ntequam definiatur modus angelicus essendi in loco, & in tempore; prius considerandum est, an coexistere alicui spatio loci, & temporis sit de essentia cuiuscumque creaturæ, & consequenter etiam spiritualis, & Angelicæ; an solius naturæ corporeæ, super quo est difficultas præcipuè circa locum, Sciendum.

dum ergo est quod, licet non possimus aliquid imaginari, aut sentire independenter à loco, possumus illud intellectu concipere. Vndè tum nomina significantia apprehensionem, tum verba substituta affirmationibus abstrahunt à loco. Nō sic abstrahunt à tempore verba: In affirmatione enim existentiae, quæ affirmatio per verba importatur, intellectus præscindere non potest à tempore. Ideò verba sunt instituta apud omnes cum temporum distinctione; quod est signū vnumquodque existens esse essentialiter in aliquo tempore, quia nequit aliter concipi, quam vt tempori coexistens. Vltèrius non est perceptibile aliquid creari; quin vel fuerit ante principium

ci  
tu  
tio  
re,  
ter  
tu  
du  
vt  
te  
ita  
au  
ra  
h  
n  
co  
h  
q  
c  
t  
n  
E  
S

cipium nostri temporis, & potuerit coexistere alicui durationi anteriori ad eas quæ fuerunt, vel saltem alicui parti huius temporis quod datur, & dabitur; neque est intelligibile dari duas existentiis ita disparatas, ut neque sint simul, neque altera alteram præcedat, adeoque ita ut altera nulli parti actuali, aut possibili ullius alterius durationis correspondeat. Nō est hoc ita inintelligibile in loco, nam quamuis ægrè possimus concipere aliquid esse nullibi, hoc prouenire potest ex eo, quod non possimus aliquid concipere, nisi ad modū rei quantæ, eo quod noster intellectus moueatur à phantasmate semper repræsentante quantitatem, & locum. Coeterum nec eodem

dem modo censetur causa rei illa quæ dat esse in hoc loco, sicut quæ dat in hoc tempore; nec ita censetur amplificari existentia rei per rarefactionē, per quam plus loci occupat, ac per permanentiam, per quam plus temporis obtinet.

85 Dicendum igitur primo, non posse aliquid existere, & nunquam existere. Patet ex dictis, & videtur per se notum, aliter posset aliquis esse beatus, & tamen nunquam esse beatus, & semper infelix, quod nemo dicet.

86 Dicendum secundo, impossibile esse quod aliquod corpus sit nusquam. Probatum ex impossibilitate hoc ipsum imaginandi, quæ impossibilitas in aliqua potentia cognoscitiva

sci  
ill  
lis  
sit  
na  
fir  
fir  
re  
qu  
au  
au  
tit  
co  
lo  
im  
pu  
ce  
lo  
pi  
te  
ve  
le

scitiua probat repugnantiam  
illius rei, quæ est obiectum ta-  
lis potentia; cum ergo corpus  
sit obiectum proprium imagi-  
nationis ex eo, quod non pos-  
simus imaginari duo corpora  
sine ordine locali, infertur hoc  
repugnare. Nec dici potest,  
quod obiectum imaginationis  
aut est sola dispositio localis,  
aut aliquid diuisibile, vt quan-  
titas, quibus solum proinde  
conueniat necessariò esse in  
loco. Contra enim est, quia  
imaginatio concipit etiã cor-  
pus, vt distinctum à loco, dum  
concipit illud transferri de vno  
loco in alium. Vltèrius conci-  
pit punctum indiuisibile, vt pa-  
tet in Mathematica, quæ cum  
versetur circa res imaginabi-  
les, nihilominus sæpè loquitur  
de

de punctis: Confirmatur quia  
 omne corpus est essentialiter  
 institutum ad agendum in alia,  
 nec enim est gratia sui, sed fe-  
 licitatis alienæ, ad quam in-  
 seruit tantum agendo, per a-  
 ctionem transeuntem; atqui  
 ad hanc actionem requiritur  
 ubicatio limitatiua actiuitatis  
 in agente. Ergo, & cæt. Ulte-  
 rius videtur quod ad agen-  
 dum in aliud requiratur ne-  
 cessario vicinitas agentis, &  
 passi. Probat, aliter effe-  
 ctus non demonstraret suam  
 causam: si enim non sit evidens  
 rem non agere, vbi non est, non  
 posset hoc vlla experientia  
 apprehendi; nam nos experi-  
 mur effectus, & non experimur  
 immediatè quænam sint ipso-  
 rum causæ: est ergo necessaria

vbi-

vbicatio ad hoc ne corpus sit frustra.

87 Obijcies primo. Corpus Christi in Eucharistia non potest naturaliter agere, & tamē non est frustra. Respondeo sufficere, quod possit supernaturaliter agere. Imò & de facto agit continendo species, quibus substatur. Undē non est frustra.

88 Obijcies secundò, etiam materia sine forma esset frustra, & tamen potest ab omni forma diuinitus separari. Ergo etiam corpus separari potest ab omni vbicatione. Nego antecedens: quicquid enim sit, an id miraculosè fieri possit, adhuc tunc materia esset apta ad suū finē, quia esset apta recipere dispositiones in se induci.

ducibiles ab agente; ad quas dispositiones posset consequi formas.

89 Dicendum tertio, res spirituales posse de potentia absoluta esse nullibi. Probat, quia sunt institutæ propter actiones immanentes, quæ non exigunt propinquitatem, ut limitentur: sunt enim ex se limitatæ ad vnicum subiectum, seu ad agens, quod est simul recipiens ipsarum.

90 Obijcies: non potest aliquid existere quin sit præsens immensitati Dei, sed quod est nullibi non est ipsi præsens. Ergo nihil potest esse nullibi. Respondeo duplicem dari præsentiam Dei ad creaturas: alia est per quam Deus est intimus creaturæ, ut cōseruans, & dans  
illi

illi totum esse, & totam perfe-  
ctionem, & virtutem, quæ in-  
timitas præcedit omne vbi, &  
ad eam sequitur, quod vbi est  
creatura sit Deus, vt continens  
tanquam causa totam perfe-  
ctionem vbiationis creatæ.  
Porrò secundum hanc præsen-  
tiam omnis creatura est præ-  
sens Deo priùs natura quam  
vbiatur: est inquam Deo præ-  
sens, vt danti esse, antequam  
det ipsi vbi: & quoniam hæc  
perfectio diuina à qua omnis  
creatura accipit esse, est idem  
immensitati, per quam Deus  
continet, & communicat per-  
fectionem omnium vbiatio-  
num; ideò in hoc sensu omnis  
creatura dicitur præsens diui-  
næ immensitati. Alia præsentia  
est præsentia localis cum diui-

na immensitate, vt dicente re.  
 spectum ad omnem creatam  
 vocationem; & hæc præsentia  
 non est in creatura in eo priori  
 in quo præcedit suum vbi; nec  
 esset in re, quæ existeret nusquã,  
 nec est de eius essentia. Vndè  
 dicendum est de essentia om-  
 nis creaturæ esse quod coexi-  
 stat diuinæ immensitati mate-  
 rialiter solum, & non formali-  
 ter sumptè; sicut accidit in qua-  
 cunque creatura pro eo priori,  
 pro quo præcedit suum vbi; est  
 tamen de essentia omnis crea-  
 turæ, habere eam intimitatem  
 cum Deo, ratione cuius exigat  
 ei localiter coexistere.

91. Obijcies secundò, impli-  
 cat aliquid poni, quin tollatur  
 eius negatio ab aliquo loco.  
 Ergo non potest aliquid existe-  
 re,

re, & simul esse nusquam. Nego antecedens, quia prius intelligitur rem dari, quam vbi-  
cari, & consequenter quam tolli eius negationem à loco: in hoc autem *vbi* differt à dura-  
tione, quia sicut ponere dura-  
tionem est dare esse rei; ita da-  
re rei esse est impedire nega-  
tionem alicuius durationis ip-  
sius; quod non accidit in vbi-  
catione. Sicut enim non est idē  
ponere in loco, & dare esse, sic  
non est idem auferre à loco, &  
auferre esse; sed quoniam locus  
continet rem; sicut materia  
formam, ideò secundum vsum  
vocum dicitur dari negatio rei  
in loco, quando res est ab eo  
disiuncta, sicut dicitur dari ne-  
gatio formæ in materia, quan-  
do forma materiæ non vnitur;  
cum

cum tamen in neutro casu de-  
tur vera negatio rei; sed unio-  
nistantum rei cum loco; vel  
formæ cum subiecto.

## CAPUT XXVI.

*An esse in loco habeatur per ali-  
quid purè relatiuum, an  
per aliquid absolu-  
tum.*

92 **Q**uoniam quæstio  
de vocatione,  
& motu Angelorum tota pen-  
det à principijs communibus  
super natura vocationis, &  
motus *ut sic*; ideò prius oportet  
de ijs communiter statue-  
re, vt deinde propria Angelo-  
rum liceat per consequentias  
deducere. Certum est rem non

con-

constitui in loco per solam  
quantitatem. Patet quia res  
invariata quantitate mouetur,  
& mutat locum. Nec per solū  
locum extrinsecum res est in  
loco; quoniam corpore, & loco  
coexistente potest corpus non  
esse in hoc loco. Nec demum  
per motum præteritum; quia  
motus ille est aliquid hic, &  
nunc insensibile; cum tamen  
dispositio localis sit ipse ordo,  
ac pulchritudo rerum, quæ  
maximè sentiuntur.

93 Sed quoniam omnia  
quæ experimur quoad locum  
sunt dispositio, & relationes  
variæ corporum inter se, quod  
patet; quia, quando obiecta re-  
tinent eandem dispositionem,  
nos non experimur moueri; &  
mutare locum, vt accidit in ijs,

K qui

qui sunt inclusi in nauis cubi-  
culo. Quoniam inquam id tan-  
tum experimur, ideò videtur  
negari posse, quod vbicatio sit  
accidens absolutum; & asserē-  
dum esse, quod possit identifi-  
cari cum solis varijs relationi-  
bus corporum ad inuicem. Ex  
hac verò doctrina multa con-  
sequerentur; puta quod Deus  
nō esset in spatijs imaginarijs,  
vtpotè quæ per nil aliud cōsti-  
tuerētur, supposita prædicta sen-  
tentia, nisi per relationes possi-  
biles corporū cōiungibiliū istis  
corporibus, quæ dantur de fa-  
cto, quæ corpora coniungibilia  
cum de facto non coniungan-  
tur, quia non sunt, patet. Deum  
in ijs non esse. Item esset chi-  
mericum, quod totus mundus,  
vt de facto se habet, transferre-  
tur

tur in aliud spatium ; quia in  
hac sententia , totum transferri  
in aliud spatium, est non ita se  
habere secundum quantitatem,  
eiusque raritatem, & densitatem,  
ut de facto se habet. De-  
mum, nec de potentia absoluta,  
esset possibile vacuum; quonia-  
cum, in ea sententia, propin-  
quitas immediata corporum  
non sit explicabilis, nisi per ne-  
gationem corporis actu inter-  
medij, ut patebit consideranti;  
inter quaelibet duo corpora  
vel daretur corpus interme-  
dium, & hoc ipsum esset non  
dari vacuum; vel nullum cor-  
pus mediaret inter aliqua duo,  
& hoc pariter in ea sententia  
est non dari vacuum, quoniam  
id ipsum esset esse propinqua  
illa duo corpora .

K 2      At

At verò in sententia ponente rem esse hic, vel ibi per aliquam formam absolutam, bene intelligitur quomodo à Deo posset hic mundus transferri in aliud spatium imaginarium; id enim contingeret, si haberet formas absolutas similes illis, per quas alia corpora creabilia possent collocari extra hunc mundum, & huic mundo vni localiter. Item, supposita ea sententia, Deus est de facto in spatijs imaginarijs, quia habet perfectionem correspondentem illi formæ absolutæ possibili; sicut dicitur Deus fuisse ante mundum, quia habet perfectionem correspondentem illi formæ absolutæ possibili, per quam res poterant esse ante illud tempus, quod fuit defacto.

etc. Præterea potest dari vacuum, quia duo corpora possunt habere tales formas absolutas constituentes illas in duobus spatijs, vt sit possibilis aliqua alia forma absoluta, per quam res constituatur inter vtramque ex illis formis.

94 Dicendum primò, res non poni in loco per solas relationes prædicamentales propinquitatis, & distantiae. Probatur quia, quando ego muto locum per motum, alia quæ manent immota non mutant locum, & tamen cum ego tam mutem relationem ad ipsa, quam ipsa ad me, non est in dicta sententia cur ego dicerer potius mutare locum quam ipsa. Nec potest dici, quod illud mutet locum, quod mutat re.

K 3 latio.

lationem ad plura corpora; nā,  
 quando maximum Coelum  
 mouetur, eius partes retinent  
 eandem relationem ad plura,  
 hoc est ad omnes sui compar-  
 tes, terra verò ad easdem, hoc  
 est ad plura, mutat relationem,  
 & tamen Coelum mouetur, &  
 terra restat immota. Nec se-  
 cundò potest dici id mutare  
 locum, quod acquirit talem re-  
 lationem, per receptionē mo-  
 tus in se; nam contra est, quia,  
*esse in hoc loco*, est aliquid adæ-  
 quatè præsens, cum receptio  
 motus sit præterita. Item mo-  
 tus non est gratia sui, sed termi-  
 ni, qui, secundum axioma Ari-  
 stotelis, non est pura relatio. Er-  
 go est aliquid tertium distin-  
 ctum à relatione.

95. Dicendum secundò,  
 quod.

quod licet forma constituens  
in loco non sit pura relatio,  
nihilominus non est aliquid  
omnino absolutum, vt albedo,  
& calor. Probatur primò, ex  
impossibilitate cōcipiendi hoc  
spatium sine respectu ad alia  
corpora actualia, vel possibilis  
alibi collocata, quam impossi-  
bilitatem non experimur in  
albedine, & nigredine. Ex hoc  
oritur, quod homines non ex-  
plicat hoc *vbi*, nisi in ordine  
ad hoc spatium imaginarium,  
quod spatium, si vbicatio sit  
quid absolutum, non est nisi  
aliæ vbicationes possibilis si-  
miles huic; vnde in hac expli-  
catione fieret circulus: experi-  
mur autem cætera accidentia  
absoluta explicari ab homini-  
bus absque ordine ad aliud. Er-

go ubi non est accidens omnino absolutum. Confirmatur à priori, quoniam ubicatio non videtur habere alium usum, quam constituere pulchritudinem, & ordinem inter duo, & determinare vnum, vt agat in aliud, quorum conceptuum vterque est relatiuus. Ergo ubi est relatiuum. Ex his patet inueniendum esse aliquem terminum absolutum, in quem vltimò resoluator iste conceptus relatiuus: est enim de essentia omnis relationis, in aliquid absolutum resolui, in quo demum sistat intellectus, vt alibi diximus, ex Aristotele.

C A P V T XXVII.

*Quod nam sit ens absolutum, in  
quo fundantur rerum ubi-  
cationes, & ultimò re-  
soluitur ipsarum  
conceptus re-  
latius.*

96 **D**icendum est, quod  
hoc absolutum  
est aliqua forma accidentalis,  
localiter immutabilis, existens  
in supremo Coelo, quod conti-  
net, & conseruat omnia infe-  
riora. Per hanc formam illud  
Coelum habet esse primum in  
hoc uniuerso, & per attributio-  
nem ad ipsum cætera corpora  
sunt nobilius, aut ignobilius di-  
sposta; illud enim Coelum est

K 5 supra

supra omnia, accipiendo ly *su-*  
*pra* non arbitrariè; sed natura-  
liter, per intrinsecam præstan-  
tiam. Probatur primò, ex opu-  
sculo de natura loci, quod opu-  
sculum probabilissimum est  
esse S. Thomæ, licet hoc non  
sit omnino certum. Probatur  
inquam, quia ibi expressè dici-  
tur, quod diuersæ vbicationes  
nil aliud sunt, quam diuersi or-  
dines ad primum locans, quod  
est Coelum, & per hoc explicat  
immobilitatem loci continē-  
tis, quòd, licet moueatur super  
hac superficie aeris, remanetta-  
men formaliter immotus, se-  
cundùm ordinem ad primum  
locans, quia superficies aeris  
succeedentis retinet eundē or-  
dinem, & hunc ipsùm modum  
philosophandi retinet S. Tho-  
mas.

mas in commentario 4. Phys.  
explicans in hoc sensu Aristo-  
telem. Probatur secundò, quo-  
niã inter omnia, inter quæ da-  
tur verus ordo, datur, & prius,  
ac posterius, & consequenter a-  
liquid primum. Ergo cum in-  
ter vbicationes detur ordo, da-  
tur aliquid eiusdem generis pri-  
mum, seu aliquid primum vbi-  
catum, quod est omnium men-  
sura. Et per hoc saluatur aptius  
rerum dispositio, ac ordo, po-  
nendo disparem perfectionem  
in vbicatione rerum perfe-  
ctiorum, vel imperfectiorum;  
quam si dicamus omnes vbi-  
cationes habere eandem, seu  
æqualem perfectionē, & æquē  
benè potuisse aerem poni vbi  
est aqua, & hanc vbi est ignis,  
& sic de cæteris; si nimirum

K 6 Deus

Deus posuisset totum mundū  
in spatio imaginario inadequa-  
tè distincto ab hoc, in quo ip-  
sum de facto collocavit. Pro-  
babilius ergo est, quod sicut  
corporibus nobilioribus de-  
bentur cætera accidentia per-  
fectiora, sic etiã debeat ubi-  
catio perfectior, ita ut vnum  
corpus esse localiter supra a-  
liud, non sonet in vicatione,  
aliquam designationem merè  
arbitrariam, sed sonet intrinse-  
cam præstantiã, sicut eandem  
sonat in superioritate perfectio-  
nis, præsertim cum vbiatio-  
nes inter se distantes habeant  
diuersitatem quasi specificam,  
quam diuersitatem probabile  
est connecti necessariò cum  
inæqualitate perfectionis. Por-  
rò illud corpus, quod est pri-  
mum,

num, & cuius forma est mensura omnium vbicationum, debet esse essentialiter immobile, saltem secundum totum; aliter vel non esset præstantissima eius vbicatio, vel vbicatio, quã habet non esset nobilior alijs ab ipsa distantibus, quod est contra suppositum. Et ulterius tale corpus non tam est in loco, quam ipsum est locus cæterorum.

97 Hæc doctrina *corpus immobile non est in loco*, est conformis Philosopho 4. *Physicorũ*, ubi *cap. 4. & 5.* apertè docet, illud tantum corpus esse in loco, quod potest moueri localiter, & quod habet indifferentiam ad hunc, vel illum locum, & *cap. 41.* distinguit locum à vase, quia res ita est in vase, vt  
simul.

simul cum vase moueatur; at  
verò mouetur immoto loco,  
quem proindè definit superfi-  
ciem immobilem, non tanquã  
nou potentem moueri, sed vt  
defacto immotam; quia dicit  
quod nauis est tanquam in lo-  
co in toto fluuio, hic enim de-  
facto non mouetur, licet  
posset moueri. Idem Aristote-  
les tex. 46. vsque ad 49. Negat  
vniuersum alicubi esse, quia  
quod alicubi est, habet aliquod  
extra ipsum continens. At,  
præter vniuersum, nihil est ex-  
tra. Ergo &c. Addit omnia  
esse in Coelo, quia Coelum est  
vniuersum, (intellige per con-  
tinentiam,) demùm concludit  
sic: *est autem locus nõ ipsum Cœ-  
lum, sed aliquid eius, vltimus in-  
quam finis quiescens quo corpus  
mobi.*

mobile tangit. Et idcirco terra,  
in aqua, hæc in aere, aer in æthe-  
re, & æther in Cælo est collocatus:  
ipsum verò Cælum nullo in alio  
corpore est collocatum. Undè  
ipse Aristoteles ad explicandū  
radicaliter locum, qui non sit  
ulterius explicandus per aliū  
locum, in quo sit, demum re-  
currit ad aliquid immobile,  
quod non sit in loco, sed sit lo-  
cus cæterorum. Ideò ait quòd  
vniuersum nō est in loco, quia  
nil. est extra continens ip-  
sum vniuersum, & ideo Cœlū  
ipsum secundū vltimam su-  
perficiem immobilem secun-  
dū quam omnia continet,  
ponit esse locum omnium, vt  
vidimus, & quāuis tex. 31. di-  
xisset Cœlum maximè esse in  
loco, quia semper mouetur (ex-  
plicat

plicat deindè, vt hoc intelligatur de partibus quæ mouentur, & ab alijs continentur) nō de toto, quod remanet immotum, & omnia continet per cōprehensionem, sicut vniuersū per identitatem, & idcirco etiā Coelum dicitur *vniuersum*. Tota hæc doctrina elucidatur à S. Thoma in Commentario super illis locis Philosophi.

98 Petes per quid partes Coeli dicantur moueri secundum Aristotelem. Respondeo, per diuersam relationem ad aliquid essentialiter immobile, quod est absolutum, cuiusmodi sunt poli ipsius Coeli, qui cū sint naturaliter immobiles, per Aristotelem, qui putat naturā agere necessariò, sunt immoti essentialiter. Ex his patet, quid  
fit

fit in sententia Aristotelis, quā sequimur, prima mensura loci; aliquid nimirum essentialiter immotum omnia continens, quod non fit in loco.

99 Nunc restat quærere, quodnam sit ens habens eiusmodi prædicata. Dicendum, quod, philosophando secundū merum lumen naturæ, hoc immobile est superficies supremi corporis mobilis omnia complectentis. Pro quo: Sciendum est, quod in rebus datur aliqua perfectio, per quam constituatur in suo ultimo complemento perfectionis essentialis, vel accidentalis; quæ perfectio est ultima quasi linea artificis, opus suum complementis. Unde etiam quantitas habet pro suo ultimo complemento talem.

su.

superficiem sic terminatam, ut non possit recipere ulterius additamentum quantitatum intra: sed solum potest compleri ad extra, quatenus possunt eius superficiei superaddi alia extrinseca ornamenta, cum quibus constituat aliquid pulchrius. Quare illa superficies est talis, ut exigat superius complementum in ratione pulchritudinis. Et propterea inter haec nostra corpora non potest dari saltem naturaliter vacuum, quia eorum superficies non haberent ex omni parte illud complementum, quod naturaliter exigunt habere. Sed quoniam de ratione pulchri officij est habere quosdam terminos, ideo deueniendum est ad terminos, & ad vltimum

com-

complementum huius opificij  
quod est vniuersum . Hoc cō-  
plementum non debet esse per  
accidens, quasi mundus fortui-  
tò terminetur potius in hoc  
corpore, quàm in alio; sed de-  
bet esse per se, & secundum exi-  
gentiam naturæ, vt vniuersum  
possit dici perfectum ex natura  
rei, & præferat admirabilem  
sapientiam, ac bonitatem con-  
ditoris . Debet ergo dari in su-  
premo corpore aliqua superfi-  
cies, quæ sit ex natura rei com-  
plementum non modo intrin-  
secum illius corporis, sed etiã  
totius vniuersi, ac proindè de-  
bet esse talis superficies, quæ  
totum vniuersum ex natura  
sua in se contineat . Ex quibus  
fit, eiusmodi superficiem esse  
immobilem, quia est primus

locus continens omnia; eamdemque superficiem esse illud ubi, per quod corpus tali superficie affectum collocatur non tanquam in loco, sed tanquam primus locus. Sciendum ulterius est, quod quoniam hoc corpus supremum non est omnia per identitatem, sed tantum per continentiam, potest moveri; non quidem motu recto, quia vel non esset primum si ascenderet, vel desineret esse primum si descenderet; sed circulariter, ad hoc, ut sic coniunctum secundum varias sui partes cum varijs partibus inferiorum, & trahendo orbem inferiorum motu raptus, constituat cum toto universo novam, & novam pulchritudinem ad quam Coelum est in potentia.

Di.

fit  
tu  
bi  
qu  
tu  
pr  
&  
Co  
pr  
in  
tic  
pr  
co  
ib  
re  
ta  
fic  
tu  
qu  
du  
tu

100 Dicendum vltimò, po-  
sito, quod ex Patribus, & scrip-  
tura constet, supra primū mo-  
bile dari aliquod corpus vsque-  
quaque immobile, quod voca-  
tur *Empyreum* quasi *igneum*,  
propter magnitudinem lucis,  
& eminentiam supra corpora  
Cœlestia, sicut habet ignis su-  
pra elementaria. Dicendum  
inquam est, quod per attribu-  
tionem ad huius corporis su-  
premam superficiem cœtera  
corpora dicuntur esse *hic*, vel  
*ibi*. Et proindè *moueri* est acqui-  
rere diuersam relationem ad  
talem superficiem, qua super-  
ficie ablata non darentur mo-  
tus eiusdem generis cum ijs,  
qui dantur, sed esset constituē-  
dus alius rerum ordo. Proba-  
tur ex dictis circa primū mo-  
bile

bile ex suppositione, quod esset  
 supremum. Ea enim probant  
 de Coelo empyreo ex supposi-  
 tione, quod lumine supernatu-  
 rali constet ipsum esse supra-  
 mum, & vsquequaque immo-  
 bile.

## CAPVT XXVIII.

*Soluuntur obiectiones, contra  
 predictam doctrinam  
 de natura loci.*

101 Obijcies primo, corpora  
 beatorum sunt supra Coelum  
 Empyreum. Ergo non est su-  
 premum, hoc est, supra omnia  
 corpora. Nego antecedens  
 quia ea corpora propter suam  
 penetrabilitatem sunt in eodem  
 loco cum Empyreo, quod si  
 vel

vel vnus Angelus esset vltra  
totam circumferentiam vlti-  
mi Cæli inuerteretur totus hic  
ordo naturalis rerum, vt bene  
aduertit S. Bonauentura in 2.  
dist. 2.

102 Obijcies secundo, Deus  
potest ponere alium mundum  
creabilem extra Empyreum.  
Ergo Empyreum non est per  
sua intrinseca supremum, &  
vltimum corpus. Respondeo,  
quod vel nouus mundus esset  
aliquid disparatum à præfenti,  
& hoc implicat, tum quia face-  
re aliquid in ordinatum est cō-  
tra sapientiam artificis; tum  
quia repugnat imaginationi  
sic concipere, vt imaginemur  
disparatè se habere illos duos  
mundos; quæ repugnantia cir-  
ca res, quæ sunt proprium ob-  
iectum

iectum imaginationis indicat  
impossibilitatem rei; cæterum  
si hic sit casus possibilis, ille  
nouus mūdus esset extra hūc,  
non positiuè, sed negatiuè, qua  
tenus ab hoc nō contineretur,  
neque hunc contineret. Vndè  
eius corpora nec essent supra,  
nec infra Empyreum; sed ha-  
berent vbi alterius generis, per  
ordinem ad aliud supremum  
corpus. Vel nouus ille mundus  
haberet relationem localē ad  
hunc, & tunc in isto aut debe-  
ret mutari superficies, quæ est  
essentialiter suprema, & aliqua  
talis superficies poni in alio  
corpore, quod esset supremum  
vtriusque, vel saltem Coelum  
Empyreum adhuc remaneret  
supremum, acquirendo tamen  
superficiem ab omni parte  
com-

complebilem localiter à circū-  
stantibus corporibus, in quibus  
denominationes superioris, et  
inferioris essent desumptæ per  
propinquitatem, vel distantiam  
ab hoc Empyreo. Vndè si ali-  
quod corpus perueniret vsque  
ad Empyreum, dum vltterius  
tenderet, non ascenderet; sed  
descenderet, quia magis elon-  
garetur à supremo; sicut si linea  
protensa vsq; ad centrum terre  
vltterius protendatur, non de-  
scendit, sed incipit ascendere,  
quia magis appropinquat ad  
Coelum à cuius proximitate  
desumitur ascensus, & à cuius  
elongatione descensus.

103 Obijcies tertio, vel im-  
mobilitas est perfectio, & debe-  
ret potius conuenire corpori-  
bus beatorum, quam Empy-  
reo,

L reo,

reo, vel imperfectio, & deberet  
conuenire potius inferioribus  
quam Emphyreo. Ergo non cō-  
uenit Emphyreo. Ad solutio-  
nem noto duplex dari corpo-  
rum genus in natura; alia sunt  
simplicia, quæ per eandem for-  
mam cōstituuntur in esse cor-  
poris, & in esse talis rei, puta  
ignis, aut aquæ: alia sunt mixta,  
quæ habent pro materia ali-  
quid compositum ex materia  
prima, & forma incompleta;  
quod compositum dicitur ma-  
teria secunda, & per hoc con-  
stituuntur in esse corporis: ac-  
cedit verò forma huius deter-  
minati corporis dans vltimum  
complementum substantiale  
in esse talis entis substantialis  
completi, & hæc sunt omnia  
mixta. Hoc posito dico immo-  
bili-

erret  
ibus  
cō-  
atio.  
rpo.  
sunt  
for-  
cor-  
uta  
ixta,  
ali-  
teria  
ta;  
r ma  
con-  
: ac-  
eter-  
num  
iale  
tialis  
nia  
mo,  
ili-

bilitatem esse perfectionem ip-  
sius corporis, quod per eam  
formam per quam constitui-  
tur in esse corporis vltimò cō-  
pletur simpliciter, non verò  
corporis, in quo forma dans es-  
se corporis subseruit alteri for-  
mæ; huic enim corpori magis  
expedit posse moueri. Probatur  
prima pars; quia primis corpo-  
ribus non conuenit moueri ni-  
si quatenus extrahuntur vio-  
lenter à proprijs locis, vel qua-  
tenus ex imperfectione non  
sunt in proprio loco, sed ad ip-  
sum tendunt, vel deniq; quate-  
nus subseruiunt bono aliorum,  
in quorum vtilitatem circula-  
riter aguntur, quæ omnia in  
ijs oriuntur ex imperfectione:  
vndè si inter hæc corpora de-  
tur aliquod institutum tantū

ad continendum cætera, & vt sit sedes rerum permanentiũ, erit ei magna perfectio non posse moueri, est enim melius rei non viuenti, immobiliter in sua perfectione conquiescere, & sic accidit Empyreo. Patet secunda pars quoniam ea corpora, quæ per aliquid diuersũ habent esse corpora, ac esse hæc entia completa, si nobilissima sint, sunt ordinata ad recipiendas formas viuentium, quæ cum debeant à se acquirere suã perfectionem, debent posse moueri, vt ad eam perfectionem perueniant, & cõsequenter ea quoque corpora debent esse mobilia, vt sint apta instrumenta formarum,

CAPVT XXIX.

*An etiam in tempore detur ali-  
quid primum analogatum  
prioris, ac posterioris, & quod-  
nam illud sit. Vbi de diuersi-  
tate primæ mensuræ temporis  
secundum se, vel quoad nos.*

104 **D**icendum etiam  
in tempore dari  
aliquod primum analogatum  
per attributionem ad quod de-  
sumantur rationes respectiue  
omnium durationum, & quod  
sit omnium durationum mea-  
sura. Probatur quia, nec in  
tempore distinguimus duratio-  
nem respondentem vni tem-  
pori imaginario à responden-  
te alteri, nisi per relationem.

L 3 pro-

propinquitatis, & distantiae inter vnā existentiam, & aliā; & hanc relationem cognoscimus per plures, vel pauciores existentias medias, quas actu memoria numeramus. Confirmatur; quia *existere nunc* nec est coexistere rebus, quæ sunt nunc. Specificatiuè sumptis, quia istæ possunt non esse nūc, nec est coexistere motibus, qui fiunt nunc, quasi hi sint primū analogatum in ratione durationis. Probatur cum enim per experientiam istorum motuū nos non cognoscamus hoc prædicatum spectans ad durationem, nec cognoscamus quantum distantiam habeant motus exerciti in vario tempore, nisi numeremus motus intermedios, signum est quod non sunt.

sunt primum analogatum in  
ratione durationis ; aliter per  
intuitiuam experientiam ipso-  
rum, cognosceremus in ijs hoc  
prædicatum, & comparando  
hanc durationem cum alia,  
cuius habemus speciem pro-  
priam memoratiuam, eas in-  
uicem discerneremus.

105. Difficultas est, quid  
nam sit talis mensura. Sciendū  
est, quod Aristoteles putauit  
mundum esse æternum, ideò  
cum non posuerit primam du-  
rationem mundi, nō potuit o-  
pinari dari aliquod primum  
analogatum temporis prioris,  
& posterioris, vt est opinatus  
in ratione loci. Sed cum fides,  
& ratio doceat dari initium  
totius temporis: probabilius est  
fuisse primum aliquod analo-

L 4 gatum,

gatum, cui sit essentialia, vt per attributionem ad ipsum habeantur denominationes temporaneæ omnes, quæ dantur defacto, & hoc probatur ex omnibus ijs fundamentis, quibus probauimus dari tale analogatum in ratione loci, puta, quod non possit dari *prius*, & *posteriorius* sine primo; relatiuum sine absoluto in quod resoluitur, & similia.

106 Quo posito dicendum est. Hoc primum analogatum absolutum in genere temporis esse eam operationem Dei, à qua pependit omnes mutationes huius vniuersi, seu esse aliquem modum, per quem vniuersum pependit à Deo in actione primo creatiua, prout hæc dicit non solum negatio.

gationem materiae, sed cuiuslibet alterius existentiae creatae concurrentis per modum conditionis, Deum mouentis quomodocunque. Porro modus iste fuit prima actio per quam totum vniuersum fuit creatum; quae actio, licet non fuerit simplex propter pluralitatem terminorum, habuit tamen partes inseparabiles, vt proueniens ab vnico Dei decreto volente totam materiam vniuersi, & initia omnium formarum ex motiuo faciendi primam communicationem suae bonitatis, ad extra. Vnde cum in nostris principijs actio sit affixa per aliquid sibi intrinsecum, non solum omnibus causis, sed etiam conditionibus, actiones omnes illae sunt affixae eidem decreto

L S Di

Diuino à quo pendent, saltem tanquam à conditione, et consequenter sunt inseparabiles inter se. Ex hac prima actione pendet essentialiter secunda, hoc est cōseruatio quippe orta ex motiua supponente illam primam, et sic deinceps. Vnde prima illa actio est primum analogatum in ratione durationis.

107 Obijcies, Deus potuisset mundum producere ante tempus quo de facto produxit, ergo tunc ea actio qua mundū de facto produxit fuisset secunda. Ergo non est essentialiter prima. Respondeo, quod in tali casu fuisset diuersa creatio, per quam fuissent in mundo omnes rerum vices, quæ fuerunt de facto, et rursus aliæ anteceden-

den-

dentes, sed tunc nulla daretur  
ex duratione, hincque dantur de  
facto. Istæ enim essentialiter  
pendent ab ea, quæ primò da-  
ta fuit.

108. Dicendum tertio, præ-  
ter primum analogatum remo-  
tum, dari penes nos primum  
analogatum in ratione cogno-  
scibilis, et hoc esse motum pri-  
mi mobilis. Probat, quia ille  
motus habet omnem rationem  
mensuræ quoad cognoscendum,  
vtpotè qui est notissimus a-  
pud omnes gentes, est vnifor-  
mis, et idem apud omnes, et est  
aliquid minimum: nulla enim  
mutatio sensibilis potest fieri in  
minori tempore, quam mini-  
ma mutatio sensibilis, quæ fit  
in motu primi mobilis. Hinc  
est rectè dicere S. Th. operatio-

nes Angeli non esse in tempore nostro; non quasi intra eius ambitū nō includātur, sed quia ab eo, non mensurantur, et hoc quia operatio Angeli potest esse breuior quocunque motu Cœli. Vndè à motu Cœli mensurari non potest. Imò probabile est talem mensuram nullam omnino dari respectu Angelorum. Probat, quia non datur in ijs aliqua mutatio velocissima, et vniformis, quę possit esse regula ad quam comparentur omnes mutationes Angelorum.

109 Datur tamen et in Angelis mensura primigenis assignati in corporibus, hoc est à qua desumatur denominatio prioris, et posterioris, et hæc mensura est æui Angelici initium,

tium, hoc est prima duratio,  
quam Angelus accepit in sua  
creatione; porro per hanc dura-  
tionem habuit Angelus exige-  
re tale æuum interminatum à  
parte post, et terminatum tali  
termino à parte ante. Vnde  
per attributionem ad eiusmodi  
durationem prout plus, vel  
minus ab ea distant operatio-  
nes Angelicæ, dicuntur priores,  
et posteriores, et per hoc talis  
duratio est prima omnium mēsu-  
ra. Quod si vellemus sustinere  
etiā in cognoscendo dari men-  
suram durationis Angelicæ, illi  
pariter durationi primæ attri-  
bui posset ratio mensuræ tan-  
quam breuissimæ, et adeò mi-  
nimæ, vt in minori non posset  
Angelus operari.

## CAPVT XXX.

*Quomodo predicata temporalia,  
& localia cognoscantur: &  
quomodo certificemur de  
rerum distantia se-  
cundum tempus,  
aut secundum  
locum.*

110 **D** Octrina huc vlt.  
que allata vali-  
dè confirmatur ex eo, quod se-  
cundum ipsam facile explicetur  
id, quod alioquin est ferè  
inexplicabile: quomodo scilicet,  
aut verificari possit, quod  
nos non attingamus obiectiue  
per nostram cognitionem *vbi*,  
& *durationè*; aut cur si ea attingimus,  
non certificemur in  
quo

quonā spatio, aut in quonam,  
tempore simus: sed de hoc solū  
acquiramus notitiam depen-  
denter ab experientia alicuius  
mutationis. Ad quorum expli-  
cationem: Dicendum primō,  
nec *vbi* nec *durationem* attingi  
à sensu per species ab ijs emis-  
sas. Probatur, quia *vbiatio*,  
& *duratio*, sunt meræ conditio-  
nes ad determinandas res, vt  
agant. Ergo non sunt principiū  
vllius actionis, nec consequen-  
ter emissionis specierum; sed  
quemadmodum *vbiatio*, &  
*duratio* determinant rem ad  
agendum physicè tali modo,  
sic pariter determinant ad sic  
agendum intentionaliter per  
emissionem speciei. Hinc est  
cur eadem res in nulla parte  
sua spheræ actiuitatis intentio-  
nalis

nalis, appareat similiter quoad  
 ubicationem, ac appareat in  
 alia parte; nam illa apparentia  
 determinatur à magnitudine  
 spatij intermediij inter obiectū,  
 & potentiam, ad quam species  
 mittitur, & ab alijs eiusmodi  
 circumstantijs localibus; cum  
 tamen apparentia illius affe-  
 ctionis, quæ mittit speciem  
 propriam; hoc est albedinis, ni-  
 gredinis, &c. non pendeat à cir-  
 cumstantia locali, nisi quoad  
 maiorem, vel minorem clarita-  
 tem.

III Dicendum secundo,  
 quod licet non videatur *vbi*, &  
*duratio* per speciem à se emis-  
 sam, utraque tamen obiectivè  
 attingitur per species obiecti.  
 Probat: alioquin non vide-  
 retur figura, & pulchritudo, &  
 eius.

eiufmodi à quibus certum est  
vbicationem includi, quod vi-  
detur faliffimum; cum vnus-  
quisque hæc cognoscat ante  
omnem difcurfum: imò licet  
fæpè quis repudiet apparentiã  
fensus per difcurfum, circa co-  
ftiturationem alicuius rei in lo-  
co, tamen adhuc dicit rem  
fuo fenfui repræfentari, vt fic  
locatam. Et fanè videtur rudi-  
culum dicere, quod ego non  
aspiciam meas manus, pedes,  
&c. fed quod de his omnibus  
veniam in notitiam per fyllo-  
giffimum; cum tamen manus,  
pedes & res huiufmodi impor-  
tent fine dubio in fuo concep-  
tu fenfibili figuram, & difpofi-  
tionem localem. Id ipfum pa-  
tet de duratione; ita enim fen-  
fus attingit obiectum fuum, vt

ante

ante omnem discursum cognoscatur illud tanquam existens tunc, & proinde dicatur errare si attingat obiectum, quod secundum suam naturam specificam sit possibile quidem, sed non existens, quales sunt colores Iridis. Et pariter videtur ridiculum affirmare, quod ego per solum discursum cognoscam meum corpus, Coelum, Terram, & reliqua tanquam praesentia, & contradistincta à rebus meae possibilibus, vel praeteritis, vel futuris, qualem modum cognoscendi abstrahentem ab existenti praeterito, futuro, vel possibili utique experior me exercere per intellectum.

112 Dicendum tertio, non cognosci ex parte obiecti immediate à sensu ubicationem,

&

& durationem secundum illud  
radicale, quod important, & in  
quo fundantur ceteræ relatio-  
nes; adeoque id per quod for-  
maliter constituunt rem hic, &  
nunc, sed tantummodo rela-  
tiones locales, & temporales  
ad obiecta immediata per eun-  
dem sensum cognita. Ex veri-  
tate huius conclusionis infer-  
tur resolutio præcipuæ difficul-  
tatis initio propositæ, cui scili-  
cet, si attingimus intuitivè *du-  
rationem, & ubi*, non continuo  
dignoscamus in quo nam loco  
simus, aut in quam parte  
temporis, puta anni, aut seculi.  
Probatur itaque conclusio, pri-  
mò ex causa finali, quia scili-  
cet sensus sunt primariò dati  
ad hoc, ut animal prosequatur  
utilia, & fugiat noxia. Undè nò

mutol

re

repræsentant nisi ea, quæ conducunt ad istum finem: ad hunc verò finem non conducunt prædicata relatiua ad primum locans, aut ad initium temporis, sed solum prædicata relatiua ad res præsentis localiter, aut temporaliter, et proinde potentes nocere, aut prodesse. Probatum secundò ex causa efficienti, quoniam non potest cognoscere prædicatum relatiuum illa potentia, quæ simul non potest cognoscere terminum absolutum illius relationis. Cui ergo ubi relationes nostræ præter relationem accidentalem, quam habent ad inuicem, et quam fundant inter corpora, quibus ipsæ conueniunt, habeant relationem essentialem ad aliquod ubi omninò absolutum

lutum

lutum per attributionem ad  
quod desumitur hoc quod est  
*esse hic, vel ibi*, sensus repræsen-  
tat illam primam relationem  
accidentalem inter duo cor-  
pora immediata. Huius enim  
relationis terminū cognoscit,  
et subindè etiam alias relatio-  
nes mediatas, quæ per nouam,  
et nouam quasi reflexionem  
fundantur in illa relatione  
immediata contiguitatis, et di-  
cuntur relationes maioris, et  
minoris distantiae; quæ distan-  
tia re ipsa tantum crescit, quā-  
tūm multiplicantur minima  
sensibilia inter duos terminos  
apta fundare nouam, et nouā  
relationem reflexam. At idem  
sensus non repræsentat illam  
aliam relationem ad primam  
mensuram loci, cuius relatio-  
nis

nis terminum non cognoscit,  
Sciendum est, tamen quod, ut  
dixi in conclusione, hæc ipsa  
prædicata relatiua non repræ-  
sentantur immediatè à sensu,  
nisi circa obiecta inter se im-  
mediata quoad sensationem;  
exempli gratia, ego non cogno-  
sco immediatè, et sine discursu  
distantiã alicuius obiecti à me,  
si inter illud, et me non video  
aliquod obiectum intermediũ;  
et pro multitudine obiectorum  
mediantium apparet mihi res  
magis, aut minus distans. Hæc  
autẽ multitudo desumitur ex  
multitudine minimorum sen-  
sibilium, quæ sunt prima men-  
sura in cognoscendo quantita-  
tis, ut aduertit Aristoteles 10.  
*Meth. cap. 2.* Et quoniam quo-  
res est distantior à potentia

visua, eo requiritur maior quā  
titas realis ad constituendum  
minimum sensibile respectu  
oculis; ideò distantia quò maior  
est realiter, eo minor geometri-  
cè apparet, hoc est eo minus  
crescit proportionaliter appa-  
rentia distantiae, quo idē augu-  
mentū distantiae additur quā-  
titati remotiori, et remotiori à  
potentia visua. Ideò videntur  
nobis montes Coelum tange-  
re, quia inter montes, et Coe-  
lum nihil apparet interme-  
dium.

113 Obijcies sèpè per te-  
lescopium, aut foramen fene-  
stræ ita apparent nobis aliqua  
obiecta, vt nec appareant no-  
bis contigua, sed remota, nec  
appareat mediare inter nos, et  
ipsa vllum obiectum. Ergo fal-

sa

sa doctrina. Respondeo id pro-  
uenire, vel quia apparet aër me-  
dius, licet tenuissimè, et confu-  
sè, vel quia tunc obiecta appa-  
rent ea tenuitate, et confusio-  
ne, qua solent nobis apparere  
obiecta distantia. Vndè fit vt  
inferamus ea distare; sed, si ni-  
hil apparet medium, nunquã,  
apparet immediatè, et sine di-  
scursu distantia. Species ergo  
obiectorum repræsentant duo  
prædicata localia. Primum est,  
vtrum ex duobus obiectis con-  
stitutis intra eandem lineam  
visualem sit propinquius: alte-  
rum est, quam situationem ha-  
beant inter se duo obiecta visa  
in ratione dextri, et sinistri su-  
perioris, et inferioris; at distan-  
tia, quæ est inter ipsa, non co-  
gnoscitur nisi pro ratione par-  
tium

tium visibilibus intermedia-  
rum . Idem proportionaliter  
accidit in distantia tempora-  
raria; scilicet quod non co-  
gnoscatur, nisi pro numero  
rerum intermediarum, quas  
successiuè experti sumus . Por-  
rò prius, & posterius, & conse-  
quenter ipsum tempus, cogno-  
scitur per mutationem, & hæc  
per actum memoriæ indivisi-  
biliter certificantis fuisse ali-  
quid, quod non est, vt dicit Ari-  
stoteles 4. *Phys cap. 11.* & ideò  
memoria ab Aristotele vocatur  
*sensus temporis*: Tempus verò  
definitur *numerus motus secun-  
dū prius, & posterius*, quia me-  
moria nos certificat immedia-  
tè quid prius, quid posterius  
acciderit . At verò distantia  
temporaria duarum rerum nō

cognoscitur per solam memoriam prioris, & posterioris, sed ulterius requiritur memoria cognitionum intermediarum, pro quarum maiori, vel minori numero, certificamur de maiori, vel minori distantia extremorum, & propterea, ut idem Aristoteles notat, ij qui dormire nesciunt quantum temporis præterierit, quia non possunt numerare cognitiones, aut minima sensibilia mutationum, quæ intermediarunt inter finem vigiliæ præcedentis, & initium sequentis; sed solum ex alijs capitibus conijcere possunt longitudinem temporis elapsi: puta, ex speciebus magis, aut minus obliteratedis. Et propterea etiam tempus doloris videtur longius prop-

p  
ti  
e  
se  
u  
h

propter multitudinem muta-  
tionum: quæ sentiuntur in ipso,  
eo, enim quod dolor sit valdè  
sensibilis, excitat semper no-  
uas, & nouas reflexiones ve-  
hementes. At verò tempus vo-  
luptatis apparet breue,  
quia cum voluptas  
sopiat mentem,  
tempore  
volup-  
tatis pauca fiunt  
numeratio-  
nes.

## CAPVT XXXI.

*Ex prædictis multa inferuntur  
circa naturã durationis crea-  
te, & an distinguatur ab a-  
ctione, quomodo habeat partes  
infinitas, an possit dari duratio  
creata indivisibilis formaliter  
ac divisibilis virtualiter.*

114 **I**nfertur primò, du-  
rationem non di-  
stingui ab actione, intelligen-  
do nomine actionis totum re-  
spectum quẽ dicit effectus ad  
causas, & conditiones. Patet à  
posteriori, quia aliter deberet  
etiam actio durare per dura-  
tionem distinctam; & conse-  
quenter fieri per aliam actio-  
nem. Si enim actio duraret se  
ipsa,

ipsa, consequenter posset per ipsam terminus durare. Sequela verò probatur, quod scilicet actio fieret per aliam actionē, quia duratio per quam inciperet, & conferuaretur actio, deberet, ad euitandum processū in infinitum in actionibus, essentialiter pendere ab hoc agente, & consequenter esset actio per quam fieret actio; nā fieri ab aliquo, est accipere ab eo, esse nunc. Cum igitur aliqua duratio debeat simul esse actio, commodius id affirmatur de prima actione. Confirmatur à priori, quia distinctio durationis ab existentia oritur ex imperfecto modo habendi existentiam, non habendo ipsam, vt radicatum in se, sed vt participatam ab alio, adeoque de-

pendentem, & amissibilem.  
 Undè habere nouam duratio-  
 nem est de nouo accipere ean-  
 dem existentiam, ac proindè  
 fieri de nouo, & de nouo, quod  
*fieri* importat actionem; certè,  
 me conseruari nunc ab alio,  
 quid est aliud, quam accipere,  
 vt sim nunc, & consequenter,  
 quid est aliud, quam actio  
 per quā cōseruor, & fio nunc?

115 Infertur secundò, suc-  
 cessionem in creaturis haberi  
 per hoc quod idē debeat coe-  
 xistere duabus rebus incom-  
 possibilibus. Quare si omnia  
 essent compossibilia daretur  
 vnicum *nunc*; sed quia contra-  
 ria (sumendo hic contrarieta-  
 tem latissimè) non possunt coe-  
 xistere eidē subiecto; ideo sub-  
 iectum debet habere duratio-  
 nem

nem diuisibilem per cuius vnā  
partē coexistat vni, & per aliā  
alteri cōtrario: excipe duratio-  
nē Dei quæ ex sua infinitate  
potest coexistere duobus inter  
se non coexistentibus.

116 Hinc pariter est dura-  
tionem creatam debere habe-  
re partes infinitas saltem in  
potentia; quia duratio debet  
posse coexistere actionibusque  
fiunt. Inter has autem datur  
aliqua actio, quæ potest habe-  
re terminos impossibiles  
plures, & plures in infinitum;  
puta motus localis, pro infinita  
diuisibilitate quātitatis, cū qua  
mobile successiuè se mouens  
potest acquirere plures, & plu-  
res coniunctiones in infinitū.  
Sed quoniā per motū localem  
nunquam assignantur omnes,

M 4 aut

aut infinitæ partes huius con-  
iunctionis, ita vt singulæ ha-  
beant prædicata cōtradictoria  
cum prædicatis cuiuslibet al-  
terius partis. Sic enim habere-  
mus infinita actu media, quod  
est impossibile; sed sēper fiunt  
coniunctiones finitæ, licet pos-  
sint fieri plures, & plures in in-  
finitum; ideo partes temporis  
nunquam sunt infinitæ, sed  
solūm tot, quot illæ mutatio-  
nes, & coniunctiones, quibus  
respondent. Sed sunt in-  
finitæ in potentia, quia sicut  
intra duo temporis extrema  
possunt fieri plures, & plures  
coniunctiones in infinitum; ita  
potuissent dari plures, &  
plures partes durationis ijs cō-  
iunctionibus coexistentes. In  
hoc sensu conceditur duratio

crea-

creata indiuisibilis, nimirum  
ita vt inter duo extrema, inter  
quæ potuissent intercedere,  
duæ durationes distinctæ rea-  
liter, intercedat vnica realiter  
simplex, & solùm virtualiter  
multiplex, & aliquatenus æqui-  
ualens duabus. Non verò con-  
ceditur vnica duratio simplex  
æquiualens adæquatè duabus;  
hoc est quæ possit coexistere  
duobus entibus incompossi-  
bilibus, quibus coexisterent illæ  
duæ distinctæ durationes, &  
idem proportionaliter valet de  
vbicatione. Vndè hoc est so-  
lùm durationis infinitæ cum,  
sit vna, ac simplex æquiualere  
multis adæquatè, & sic posse  
coexistere multis incompossi-  
bilibus.

¶ 16. Inferitur tertio, quot

M s fiat

sint partes durationis in hora  
 actu distinctæ: sunt enim tot,  
 quot mutationes, quæ vel fiunt  
 in hora, vel secundum poten-  
 tiam proximam, & completã  
 fieri possunt: tot enim sunt cõ-  
 tradictoria in hora quot sunt  
 istæ mutationes, vel potentia  
 complete, & proximæ ad ipsas;  
 (nã posse aliquid à me hic &  
 nunc impediri, & non posse  
 impediri, sunt contradictoria  
 actu,) at verò in tempore tot  
 sunt partes, quot contradicto-  
 ria, quibus coexistunt. Ergo  
 tot sunt partes, quot sunt istæ  
 mutationes. Vltèrius verò  
 quoties dantur prædicata cõ-  
 tradictoria in aliquo ente  
 diuisibili, toties datur actualis  
 distinctio tum in ipso tum in  
 cæteris omnibus durationibus  
 quæ

qu  
 fu  
 ri  
 cr  
  
 qu  
 vr  
 vr  
 fi  
 no  
 vr  
 in  
 et  
 d  
 ti  
 ex  
 n  
 ta  
 fi  
 t  
 fi  
 P

quæ ipsi coexistunt. Non possunt enim duo contradictoria coexistere eidem durationi creatæ, & finitæ.

117 Infertur vltimò, per quid prima productio tum vniuersi simpliciter; tum & vniuscuiusque entis distincta sit ab eorundem conseruatione. Prima productio vniuersi, vt indicaui est actio per sua intrinseca excludēs hoc quod est Deum moueri in tali productione ab aliquo præexistēti; ita vt dicatur solum moueri ex motiuo se primum communicādi ad extra. Per hoc actio talis habet, vt sit purum beneficium non supponens exigentiam ex parte vllius obiecti distincti à benefactore; per hoc pariter habet, vt sit primum.

analogatum in ratione dura-  
 tionis, & idà quo omnis dura-  
 tio habet, vt sit in hoc vel illo  
 tempore. Conseruatio est actio  
 includens, per aliquem modū,  
 respectum ad existentia mundi,  
 vt visam à Deo visione diri-  
 gente ad mundi conseruatio-  
 nem: & hæc actio per eum or-  
 dinem, quem mediatè, vel im-  
 mediatè habet ad primā actio-  
 nem prædictam, habet forma-  
 liter esse antiquiorē, vel recen-  
 tiorē. Hoc idem propor-  
 tionaliter accidit in  
 conseruatione,  
 & prima  
 pro-  
 ductione cuiusli-  
 bet obie-  
 cti.

C A P V T XXXII.

*Resoluitur questio principalis, per quid Angeli sint in loco, & in quonam sensu sint aut possint esse nullibi. Vbi etiam an sit possibilis ubicatio formaliter indiuisibilis, virtualiter diuisibilis. An ubicatio sit unica in composito. An daretur motus corporum in vacuo. Quodnam sit subiectum ubicationis.*

118 **P**Ositis principijs generalibus, facile erit singula definire in particulari. Dicendum primò, quod Angelus non est in loco per aliquod vbi intrinsecum diuisibile. Probatur primò, ex causa finali;

finali; diuisibilitas enim vbi-  
 cationis videtur instituta solum  
 ad duos fines: primò ad hoc  
 vt vna pars rei sit extra aliam,  
 & sic constituat aliquid pul-  
 chrum sensibile, in quo ex di-  
 uersitate loci appareat diuersi-  
 tas rei locatæ. Secundò, vt vna  
 pars determinetur ad agendū,  
 aut patiendum respectu alte-  
 rius. Ergo non est cur talis vbi-  
 catio conueniat substantiæ in-  
 diuisibili. Probatur secundò,  
 quia vbi diuisibile videtur esse  
 passio rei materialis, sicut est  
 quantitas; & certè vix poterit  
 distingui à re materiali vbi di-  
 uisibile quodcumque; quippè  
 habens plures partes extensas  
 in ordine ad locum, in quibus  
 posset assignari trina dimen-  
 sio, & possent fieri omnes de-  
 mon-

monstrationes mathematicæ;  
cum tamen nemo dixerit ob-  
iectum mathematicę præscin-  
dere à materiali, & spirituali.

119. Dicendum secundò,  
Angelum non habere *ubi* ab-  
absolutū à respectu cuiuslibet  
corporis, quod *ubi* sit indivisi-  
bile formaliter, & diuisibile vir-  
tualiter. Probatur, nam talis  
vbicatio Angeli nō respiciens  
vllum corpus, nil conferret ad  
operationes Angeli, nec esset  
perfectior vbicatio in vno, quā  
in alio spatio; quippè illi per ac-  
cidens esset, quod in eo spatio  
darentur corpora nobilissima.  
Ex hoc etiam fit, quod si non  
darentur vlla corpora, tale *ubi*,  
& motus Angeli esset frustra,  
quia nullum bonum obueni-  
ret Angelo ex tali *ubi*, nec ipsū

mu-

mutans acquireret nouum bonum; quod est cōtra inductionem de eo, quod accidit in corporibus, quæ per motum acquirunt vnionem cum nouis, & nouis corporibus sibi proficuis, & propterea dicit Aristoteles motum localem nō esse ad terminū intrinsecum, sed extrinsecum, quia bonum, quod queritur tali motu, est ipse locus extrinsecus, non aliquid intrinsecū; sicut id, quod queritur motu alterationis, vel accretionis. Præterea Angeli dicuntur à Patribus esse in Cœlo Empyreo. Ergo per suum ubi respiciunt Empyreum. Probat sequela, nam alioqui sicut Empyreum non dicitur esse in Angelis, ita nec hi in Empyreo esse dicere ntur; non enim

enim sunt in loco ratione circumscriptionis, vt corpora, neque ad hoc vt vnum sit in alio satis est dumtaxat, quod vbi est vnum, sit aliud. Ergo ad denominationem existentis in Empyreo, quæ denominatio ijs tribuitur à Patribus aliquid aliud requiritur. Demùm id excluditur ex eo principio alias posito, nimirum non posse in aliquo ente cōtineri adæquatè perfectionem duorum distinctorum; itaut vtrunque ex ijs duobus distinguatur ab eo tertio per puram negationem perfectionis. Hoc autem contingeret in vicatione Angeli indiuisibili realiter, & diuisibili virtualiter, respectu duarum vicationum, quibus adæquatè æquiualeret. Porrò

re-

regula à priori distinguend  
realiter duo est, quod ijs con  
ueniant duo conceptus posi  
tium proprij, & non enigmatici  
non se includentes; atqui hi  
conceptus conueniunt huic  
prædicato quod est *esse in spa  
tio A*, & huic quod est *esse in spa  
tio B*, ergo hæc prædicata di  
stinguuntur realiter in ubica  
tione Angeli.

120 Dicendum tertio, An  
gelos non esse in loco per ope  
rationem, aut contactum, &  
applicationem virtutis, nec per  
unionem physicam cum cor  
pore existente in tali loco.  
Probaturs prima pars, quia sunt  
in Empyreo ubi nec operan  
tur, nec se applicant ad operan  
dum, quoniam illud est immo  
bile. Item animæ quæ sunt in

Pur.

Purgatorio, vel Limbo nil agūt  
circa ipsum, præsertim si sit ve-  
ra sententia S. Thomæ, quod  
anima nequeat mouere, nisi  
corpus sibi substantialiter vni-  
tum. Probatur secundò, quia  
non datur vnio inter duo ex  
quibus non resultat aliquid  
vnum, & quæ duo nec se mu-  
tuò perficiunt formaliter, aut  
efficienter; sicut accidit respe-  
ctu Angeli, & corporis, aliter  
diuiso corpore cui Angelus  
vnitur, vel is poneretur in du-  
plici loco, vel nullibi; nō enim  
esset cur potius sequeretur vnā  
partem, quàm aliam corporis  
diuisi.

121 Dicendum quartò, An-  
gelos esse in loco per modum  
indiuisibilem relatiuū ad cer-  
tum corpus. Ad huius euiden-  
tiam

tiam sciendum est, quod Philosoph. 4. *Phys. cap. 5.* docet alia per se in loco poni, alia per accidens; & consequenter alia per se moueri, alia per accidens; secundo modo in loco ponit ea quæ sunt in corpore, vt animam, & accidentia, & hoc quoniam his conuenit moueri non per se, aut per aliquam proprietatem à se manantem; sed per proprietatem corporis; puta per quantitatem. Patet, sicut enim ex eo, quod formemus diuersos conceptus de pluribus sensibilibus proprijs, & formemus eundem conceptum de his sensibilibus communibus, quæ sunt quantitas, figura, & raritas, inferimus eius modi esse peculiare passiones distinctas à reliquis sensibilibus,

bi  
ri  
m  
de  
bi  
vn  
or  
po  
ho  
tu  
co  
qu  
vb  
qu  
sul  
rec  
tit  
Ex  
ni  
sul  
tu  
sta

bus, ita ex eo, quod per experientias plurium sensuum formemus eundem conceptum, de hac passione, quæ est esse *hic*, debemus dicere hæc esse unicam in composito; adeoque omnia quæ sunt in ipso composito ubicari, & moueri per hoc quod ubicetur, & moueatur compositum. Id autem conuenit composito ratione quantitatis non quia motus, & ubicatio recipiantur in sola quantitate, nam cum perficiantur subiectum debent in eodem recipi, sed quia ratione quantitatis recipiuntur in substantia. Explicatur hoc vltimū, quod nimirum ratione quantitatis substantia recipiat, *vbi*, & *motum*; quantitas enim dat substantiæ, vt exigat habere partes

tes

Phi  
alia  
rac  
lia  
dēs  
onit  
ani  
hoc  
oue  
m  
em  
oris  
tet  
me  
de  
ijs  
rep  
om  
tas  
eius  
nes  
bili  
,

tes extra partes localiter dispo-  
fitas. Ergo dat, vt habeat eius-  
modi dispositionem, per  
quā moueatur corporeo mo-  
tu, & expellatur à loco, eo  
quod corpus potentius ad im-  
pellendum petat eius locum,  
quòd non posset fieri, si sub-  
stantia non esset quanta. Item  
si careret quantitate posset re-  
digi in punctum, & esset pene-  
trabilis, vnde moueretur sine  
medii resistentia, & proinde  
non moueretur per determi-  
natam velocitatem à gravita-  
te, leuitate vel impulsu, quæ  
omnes virtutes sunt inditæ ad  
vincendam resistentiam me-  
dii tanta victoria, & in tanto  
tempore. Et propter hanc ra-  
tionem fortasse non posset à  
talibus virtutibus dari motus

in

in vacuo, in quo non daretur  
resistentia corporis vincendi,  
determinatiua velocitatis, aut  
tarditatis in motu. His positis  
patet à fortiori Angelum esse  
in loco per accidens, seu non  
ratione sui, sed corporis cui cō-  
iungatur, & quod respicit. Sed  
quoniam duplici modo potest  
respicere corpus. Primò prout  
hoc corpus est hoc formaliter.  
Secundò, prout corpus habet  
solam relationem distantiae ad  
primam mensuram loci, seu ad  
Coelum Empyreum, à cuius  
superficie mensuratur. Per se-  
cundum genus relationis An-  
gelus constituitur in loco cō-  
muniter, & si corpori quod re-  
spicitur ab Angelo, vt relatum  
ad primam mensuram succe-  
dat aliud habens eandem re-  
latio-

lationē Angelus remanet ubi  
erat antea, quia remanet ter-  
minus formalis suæ relationis:  
si auferretur talis terminus nul-  
lo succedente, vel Angelus ac-  
quireret voluntariè nouam re-  
lationem ad corpus, vel rema-  
neret nullibi: quia desineret  
terminus formalis relationis.  
Per primum verò genus rela-  
tionis, qua respicit hoc corpus,  
prout hoc formaliter est, reda-  
ditur Angelus assistēs tali cor-  
pori, & paratus ipsum regere,  
ac moderari, & ideò tale genus  
connexionis habent cū Coelis  
motis intelligentiæ motrices,  
si moueantur simul cum ipsis  
Coelis. Pariter per tale genus  
connexionis Angeli sunt in-  
corporibus assumptis; assump-  
tio tamen huic cōnexioni ad-  
dit

dit finem peculiarem, qui est,  
vt per ea corpora Angeli repre-  
sententur tanquam aliquantulum  
cum ijs corporibus vnum fa-  
cientes, vt docet S. Th. quest. 51  
art. 2.

122 Vltimò quæres: an, si  
non daretur vllum corpus, An-  
geli essent nullibi. Respondeo,  
quod S. Thomas ponit Ange-  
los esse in loco æquiuocè, & sic  
in aliquo sensu etiam de facto  
nullibi sunt; ità in illo casu es-  
sent alicubi in vno sensu, & nul-  
libi in alio sensu. Explicatur re-  
sponsio; nam de facto Angeli  
dicuntur alicubi esse, quatenus  
habent relationem ad corpus  
alicubi existens, & per hanc re-  
lationem sunt apti in ipsum,  
ipsique corpori proxima ope-  
rari; & in illo sensu est vera sen-

N ten.

tentia Thomistarum ponentiū  
Angelos in loco per contactū  
virtutis; non verò in alio sensu,  
in quo ponitur, quod agere in  
loco sit vnicus finis vbicatio-  
nis Angelicæ. Finis ergo præte-  
rea talis vbicatiōnis est conne-  
xio, & dispositio inter creatu-  
ras, ex qua fit pulchritudo, &  
vnitas vniuersi. Ex hac conne-  
xione oritur, quod omnia ha-  
beant connexionem saltem  
mediatam in ratione temporis,  
& loci. Vndè sicut notum est  
lumine naturæ non dari inter-  
capedinem temporis imagina-  
rij inter duas durationes, ita  
proportionaliter notum est si-  
mitem intercapedinem non  
dari in loco. Ex hoc habetur  
impossibilitas vacui; quoties e-  
nim videmus duo corpora nō

con-

contigua, toties determinamur  
ad concipiendū in iis per ima-  
ginationem aliquod interual-  
lum, de quo omnes loquuntur,  
non tanquam de nihilo, sed  
tanquam de re existenti, quod  
esset falsum si daretur vacuum.  
Cū igitur natura exigat hanc  
pulchritudinem, & connexio-  
nem inter res existentes, cen-  
sendum est, quod similis con-  
nexio daretur inter Angelos,  
etiā si nil præter eos existeret;  
adeoque daretur aliqua pul-  
chritudo habens analogiam  
cum ea, quæ resultet ex ubica-  
tione corporea. Hæc connexio  
partim esset similis, partim dis-  
similis connexioni, quæ datur  
inter Angelos, & corpora. Un-  
dè probabile est quod ab ea  
connexione Angelus limitare-

N 2 tur,

tur, vt sicut non potest agere  
nisi in corpora, quæ sunt intra  
spheram sui loci, non posset ex  
citari secundum eandem ve-  
hementiam intellectus Ange-  
licus ab Angelo non immedia-  
tè coiūcto, ac ab Angelo imme-  
diatè coniūcto, & sic talis cō-  
iunctio determinaret vnum  
Angelum ad cognoscendum  
potius vnum obiectum, quàm  
aliud: & hoc idem valet de re-  
liquis actionibus, vt respectu  
corporū contingere videmus.

F I N I S.

IN:



# INDEX

## Rerum notabilium.

Numerus Assertionem  
designat.

A

**A**ccidentia utrum indiui-  
duentur à subiecto so-  
lùm, an etiam à termi-

no. 41.

Actio non distinguitur à dura-  
tione, si nomine actionis in-  
telligatur totus respectus què

N 3 dicir

re  
tra  
t ex  
ve-  
ge-  
dia.  
me,  
cō.  
m.  
m.  
iam  
re-  
ctu  
us.

## Index

dicit effectus ad causas, & cō-  
ditiones. 114.

Angelorum existentia probatur. 6

Eadem colligitur ex perfectio-  
ne Vniuersi. 7. Nō constant ex  
materia, & forma. 9. Nec dif-  
ferunt, nec dfferre possunt spe-  
cie pressè accepta 13. Quod

D. Thomę non aduersatur 15.

Non differunt specie secundū  
intellectum, & cur 14. Præci-

puum ipsorum prædicatum  
quod nā sit 13. Quomodo sint

in corporibus assumptis, & per  
quid formaliter assumptio con-

stituatūr 122. fin. Excedunt  
numero res omnes materiales

28.

Angelus cognoscit aliqua possibi-  
lia per species proprias, alia per  
species magis uniuersales. 53.

Ideò potest de illis dubitare

ibid.

Rerum notabilium.

ibid. Non potest discurrere. 54.  
Opinatur tamen 60. Secreta  
cordis alieni non cognoscit. 43.  
Huius rei ratio non est extrin-  
seca tantum ordinatio Proui-  
dentia diuina. 43. Sed est ra-  
tio dominij, quod operans ha-  
bet circa cognitiones, & intel-  
lectiones suas commune cum  
solo Deo. 44. & 45. Angelus  
non potest naturaliter certifi-  
cari de existentia entium su-  
pernaturalium, ut talia sunt.  
48. Neque potest attingere  
intuitiue potentias, & habitus  
supernaturales. 49. Ratio est  
quia non potest habere concep-  
tum supernaturalitatis. ibid.  
Potest tamen experiri ens su-  
pernaturale in ratione effectus  
SP. Non debet, neque potest  
actu cognoscere simul omnia;

N. 4. ad

## Index

ad quorum cognitionem est in-  
potentia. 62. Necessariò semper  
cognoscit se ipsum. 67. Vide  
intellectio.

Angelus quilibet habet species sin-  
gulares singulorum obiecto-  
rum sibi seorsim cognoscibilem. 37.  
In Angelis verò perfectioribus  
ultra species particulares, dan-  
tur species extensa ad plura  
obiecta, sed conuenientia in  
aliqua vna ratione accidenta-  
li. 37. Omnibus indiscrimina-  
tim infunduntur species uni-  
uersalium simplicium, seu con-  
sistentium in aliquo prædica-  
to indiuisibili, vt sunt ens, sub-  
stantia; non verò consistentium  
in complexu duorum prædica-  
torum, vt esset intellectuale,  
& simul mortale. 38. nec ob-  
stat cognitionem vniuersalem  
esse

Rerum notabilium.

esse imperfectam; est enim  
perfecta ex parte obiecti; ex  
modo verò cognoscendi est im-  
perfecta præcisivè tantum, non  
negativè. 39.

Angelus quomodo determinet spe-  
cies intelligibiles ad excitandam  
cognitionem, sed non pro  
eodem instanti 62. Ad hunc fi-  
nem debet immediatè ante  
imprimere ipsis speciebus ali-  
quam virtutem, & qualitatem  
64. In primo instanti, in quo  
Angelus existit, talis determi-  
natio habetur ab authore na-  
tura. 68. Vide Cognitio, &  
& Apprehensio, Discursus.  
Species. Angelus non includi-  
tur in tempore 108. Habet ta-  
men veram durationis essen-  
tiam 109. Vide duratio. Quo-  
modo sit in loco. Vide locus,

N 5 vbi-

## Index

### ubicatio motus.

Angeli non ubicantur per operationem, aut contactum, & applicationem virtutis, nec per physicam unionem cū corpore existente in tali loco. 121. Per quid formaliter ubicetur. 121. Sunt in loco per accidens nō per se 122. Et quidem tantum æquiuocē per S. Thomam 123. Possint ne in aliquo sensu esse nullibi? 122. Quid si nullum daretur corpus essent ne alicubi? Et respondetur cum distinctione. 123. Vide ubicatio, motus.

Animæ rationalis spiritualitas probatur ex eo, quod cognoscatur omnia corpora. 4. Item ex scriptura 4.

Appetitus intellectiuis in quo differat ab appetitu sensitiuo. 3. circa.

Rerum notabilium.

*circa finem.*

*Apprehensio simplex oritur in nobis ex imperfectione specierum, ab obiectis acceptarum.*

*51. In Angelo non datur in ordine ad se ipsum ibid. Sed tantum in ordine ad causandum iudicium in alijs ad quos dirigitur 81 In Deo nullo modo datur. 82.*

*Assumptio corporum quomodo fiat ab Angelis, & per quid talis assumptio constituatur. 122.*

C

*Causa quomodo determinari possit ad hunc potius numero effectum producendum, quam alium sine recursum ad merum arbitrium Dei. 18. &*

*N 6 seq.*

## Index

seq. Item 25. Hinc deducitur ratio defendendi causam puta ignem A, non contineri in suo effectu, puta in igne B. 19.

Causa necessaria à sua naturali institutione attemperantur ad bonū Vniuersi. 43. Deus quando operetur connaturaliter in defectum causarum secundarum. 47. Ab existentia noui effectus non potest semper argui existens noua causa effectiua. 65.

Certitudo physica per quid formaliter constituatur. 27. Coelum supremum, an sit in loco. 96. An moueatur, vel secundū se totū, vel secundū partes. 99. Coelum Empyreū dicitur quasi igneū. 100. Non habet locatos supra se, sed penetratos secum Angelos, & corpora beatorum. 101.

An,

Rerum notabilium.

An, & quomodo possit poni supernaturaliter alius mundus extra Empyreum 102.

Cogitatio congrua est donum Dei etiam in Angelo. 68.

Cognitio requirit existentiam obiecti, & hæc requiritur non ut mera conditio, sed ut concausa quæ compleat potentiam 30. Independentem tamen à specie cognoscimus nos, & nostros actus 36. Cognitio prioris, & posterioris, per quid habeatur 13. Per quid cognoscatur distantia temporum ibid.

Cognitio Angeli non identificatur cum substantia ipsius 30. Angelus cognoscit entitatem suam, & accidentia sibi intrinseca independentem à speciebus 36. Hinc fit non posse se abstrahere cognoscere. 36. Sibi extrin-

trin-

## Index

insecunda cognoscere non potest  
adequatè per suam substantiã,  
vel sint inferiora se, vel supe-  
riora, sed medijs speciebus ibid.  
Quinimò nec alios Angelos  
quando sunt sibi intimè præ-  
sentes cognoscit per ipsos sine  
specie, & cur ibid. sine. Vide  
Angelus. Intellectio.

Cognitio Enigmatica versatur  
semper circa aliquid uniuersale 57. Cognitiones in eodem  
instanti existentes, quomodo  
connectantur inter se 58. Om-  
nis cognitio cuiuscumque obie-  
cti representat ipsum cognos-  
centem, atque inde nascuntur  
effectus, & memoria 67. Co-  
gnitio sui ipsius requiritur ad  
faciendum opus honestum, &  
bonum operanti, ibid.

Cognitio compositiua duplex est

**Rerum notabilium.**

ex parte predicati: seu penitus  
identificati cum subiecto, siue  
importantis in obliquo formam  
ab illo distinctam 54. Neutri  
ex his conuenit comprehensio-  
ni, quam habet Angelus de  
aliquo obiecto creato ibid. Ne-  
que componit Angelus gradum  
superiorem cum inferiori, quā-  
do hunc cognoscit distinctè 55.  
secus verò si cognoscatur imper-  
fectè, & in confuso. 56.

Cognitio practica ex suo modo  
tendendi exprimit voluntatem  
ordinatiuam sui ad opus, secus  
autem speculatiua. 76.

Conseruatio tum Vniuersi, tum  
cæterorum entium distinguitur  
actu à prima productione 118  
Vide productio.

Contradictoria. Vide prædicata  
contradictoria,

**Cons**

## Index

Contrarietas quæ datur inter intellectus, differt ab ea, quæ datur inter formas corporeas, & in quo hæc ratio differentiæ consistat. 5.

Contrarietas formarum est causa corruptionis. 26.

Corpora sunt instituta ad operationes transeuntes. 86. An, & quomodo possit agere Corpus Christi, & agat in Eucharistia 87. Discrimen inter corpora simplicia, & mixta 103. An utraque possint esse mobilia in quamlibet partem 103.

Corruptionis cause quasnam sint. 26.

DENS

Rerum notabilium.

D

**D** Eus quicquid potest absolute, potest naturaliter in creatione substantiarum 24.

Dei potentia non derogat ipsum, non posse aliqua nobis excogitabilia, quae sint deteriora suis oppositis 25. Quomodo operetur naturaliter in defectu causarum secundasum 47.

Differentia specifica non consistit in eo, quod sit notabilis, & facile discernibilis. 11. nec in qualicumq. dissimilitudine entitativa 12. Sed in praecipuo, ac magis spectabili praedicatione rei, ibid. sub initium. Hinc habetur Angelos non posse specie differre, si species pressè acci-  
pia-

## Index

piatur 12.

*Differentia numerica. Vide indi-  
uiduatio.*

*Differre secundum plus, & mi-  
nus, est differre numero, non  
specie 13.*

*Discursus est institutus ad sup-  
plendum defectum evidentie  
immediatæ 88. Non est idem  
discurrere, & cognoscere in  
alio 59. Non potest fieri totus  
discursus in unico instanti, ib.  
Habet intrinsecam dependen-  
tiam à præmissis, vel ab ipsa-  
rum memoria, ibid. Discursus  
oritur ex imperfectione intel-  
ligentis 61. Ideò negatur Deo,  
& Angelis, ibid.*

*Dissimilitudo aliqua semper in-  
tercedit inter ea, quæ differunt  
numero 18. Dissimilitudo si-  
militudini coniuncta requiri-*

*lur.*

Rerum notabilium.

tur ad pulchritudinem 22.

Distantia locorum, & temporum  
quomodo cognoscatur. 113

Distinctio realis inter duo, ex  
quonam tanquam ex regula  
à priori dignosci possit 120.

Duratio, seu correspondentiam  
pori actuali, vel possibili est de  
conceptu cuiusque rei existen-  
tis 84. & 85. Eius prioritas,  
aut posterioritas explicatur  
relatè ad aliquid essentialiter  
primum 104. Terminus huius  
relationis à parte rei est prima  
creatio mundi 109. Quoad nos  
est motus primi mobilis 208.

Duratio nō distinguitur ab actio-  
ne, si hæc accipiatur pro toto eo  
respectu, quem dicit effectus  
ad causas. & conditiones. 114.  
Eius distinctio ab essentia un-  
de oriatur 114. Cur in creatur

ris.

Index

ris debeat esse successiua, & indiuisibilis 115. Cur debeat habere infinitas partes in potentia, actu verò solum finitas 116. Vnde desumenda sit distinctio partium actualium durationis 117. Tot sunt partes durationis in hora actu distincte, quot sunt contradictiones, quae vel fiunt in hora, vel secundum potentiam proximam, & completam fieri possunt 117. Primum analogatum in durationibus est prima productio vniuersi in ordine ad quam caetera omnes dicuntur antiquiores, vel recentiores 118. Duratio Angelica. Vide Angelus Duratio indiuisibilis formaliter, & diuisibilis virtualiter in quo sensu concedi possit. 116.

Ens

Rerum notabilium.

E

**E**Ns spirituale creatum datur 1. & 1eq. Qui nam entium gradus dari debeant in uniuerso. 7. Vide uniuersum. Species.

Exigentia rei videtur fundari in quadam deformitate, quae sequeretur ei, si non consequeretur, id quod exigit 27.

F

**F**alsitas, & fallacia quomodo subesse possit loquutioni in signis etiam naturalibus. 78.

Gra-

Index

G

**G** Radus entium qui requiruntur ad perfectionem, & complementum Vniuersi, & regula ad eos dignoscendos. 7.

I

**I** Ncorruptibilitas Angelorum probatur 26. Fundatur in exigentia positiua non destructionis, & non in exigentia mere negatiua, eo quod non detur exigentia destructionis. 27.

Indiuiduationem haberi ex ordine ad materiam signatam certis accidentibus, quomodo intelligendum 18, requirit essentia.

Rerum notabilium.

tialiter aliquam dissimilitudinem, a deo ut implicet multitudo indiuiduorum omninò similia 18. & 21.

Inductio suadens quod res erunt, & operabuntur sicut antea operabantur maximè fundat principia speculatiua 27. Hinc infertur incorruptibilitas Angelorum 27.

Innocentes Christi causa occise iuxta inaequalitatem doloris in nece, inaequalem fortasse gloriam sortiti sunt 23.

Intellectio Angeli distinguitur ab eius substantia 30. Huius intellectionis principium adequatum non est solus intellectus ipsius: hic enim indiget concursu obiectiuo per species exhibitio 30. & 31. Nec sufficienter entitas Angeli quasi in ea res  
cogno-

## Index

cognoscatur 31.

Intellectus, & sensus non sunt idem contra aliquos antiquorum, quorum opinio fuit radix plurium errorum 1.

Intellectus essentialiter esse debet spiritualis, indiuisibilis, & independens à materia 3.

Intellectus diuinus, humanus, & Angelicus specie differunt, & cur. 14. non sic intellectus Angelici inter se ibidem. Vide potentia intellectiua.

## L

**L** Ocus intrinsecus quid sit. 92. Immobile non est in loco 97. Neque Vniuersum. ib. Presentia localis rei. ad creaturas duplex 90.

Lo.

Rerum notabilium.

Locus extrinsecus est finis motus  
localis, non verò intrinsecus.

120. Aliqua ponuntur in loco  
per se, alia per accidens 122.  
Vide ubicatio.

Loquutio ad se, seu verbum men-  
tis quid sit 75. procedit essen-  
tialiter à scientia habituali ib.  
distinguitur intrinsecè à lo-  
quutione ad extra. 76. Visio  
beatificata cur nō sit verbum  
mentis 75. Loquutio ad alios  
constituitur per voluntatem  
ordinatiuam alicuius cognitio-  
nis ad alios 76. Talis ordina-  
tio quid sit 78. Quomodo possit  
illi subesse falsitas, & fallacia  
in signis etiam naturalibus ib.  
In ratione loquutionis consti-  
tuitur per simplicem apprehen-  
sionem, sed tamen ut vera, vel  
falsa includit iudicium antece-

○ dens

Index

deus 77. Quod solum valet de  
loquutione creaturarum ibid.  
loquutio humana ad alios im-  
pertat voces in recto, predicta  
verò cognitionem in obliquo.

79.

Loquutio inter Angelos non fit per  
hoc quod unus producat specie  
intelligibilem in alio 72. Neq.  
per solum desiderium manife-  
standi alteri suam cognitione.

79. Neque per vllum omnino  
actum voluntatis 74. Quem  
sequitur loquutio 76. In quo  
consistat, explicatur 80. Lo-  
quutio Angelica cur sit cogno-  
scibilis ei tantum, ad quem di-  
rigitur 80. Que nam sit in An-  
gelo loquutio me ad x, optati-  
ua, & enunciatiua ibid. Datur  
loquutio creaturae ad Deum, que  
tamen nū est significatiua 83.

Ma.

Rerum notabilium.

M

**M**ateria finis, & usus multiplex assignatur 9. Materia spiritualis implicat 9. 10.

Hinc fit Angelos non constare ex materia, & forma. ibid.

Materia adhuc spoliata forma substantiali non esset frustra, ut potè capax dispositionum ad formam completivam sui. 88.

Materialium rerum dissimilitudo triplex, & iuxta eam triplex differentia plus quam specifica, specifica, & numerica 13.

Motus non semper est perfectio cuiuscumque corporis tam simplicis, quam mixti. 103.

O 2 Mo.

## Index

*Motus nunquam est simul cū  
ultimo voluntatis imperio, à  
quo causatur, sed sequitur im-  
mediate post illud 65. non est  
immediate illi subditus 46. est  
sensibilis, quia constituit pul-  
chritudinem inter corpora .ib.  
Motus localis non est ad finem  
intrinsecum sed extrinsecum.  
120. Motus, & ubicatio con-  
ueniant ne corpori ratione  
quantitatis. 122. Ratio cur nō  
possit dari in vacuo indicatur.  
ibid. sub medium.  
Mutatio cognoscitur per memo-  
riam. 113.*

## N

**N**umerus Angelorum exce-  
dit rerum omnium mate-  
ria-

Rerum notabilium.  
rialium multitudinem. 28.

O

O Peratio bona, & honesta  
requirit in agente cogni-  
tionem sui ipsius, & suae con-  
formitatis cum illo. 68.

Optimum, ut potè magis intentum  
à natura, est maxime pluri-  
ficabile. 28 29. Optimum d. buit  
esse possibile secundum aliquã  
rationem, vel secundum species,  
vel secundum gradus rerum  
ad melius saluandam Dei sa-  
pientiam 29. in fine. Hinc ha-  
betur Angelos excedere in nu-  
mero res omnes materiales.  
ibid.

O 3. Per

## P

**P**erfectiora esse magis à Deo  
intenta, & ideo in maiori  
numero quomodo accipiendum  
28.29, Hinc colligitur multi-  
tudo Angelorum supra entia  
materialia. ibid.

Potentia tum intellectiva, tum  
sensitiva non est causa ade-  
quata cognitionis huius, vel il-  
lius obiecti, sed requirit spe-  
ciem illius, ut concausam, &  
cur 30.

Potentia Dei. Vide Deus.

Prædestinationis ratio aliqua  
obiectiva cur hi potius quam  
alii prædestinentur assignari  
ne possit. 25.

Predicata quando non sint inui-  
cem

Rerum notabilium.

cem separabilia 6. *Predicata*  
contradictoria quoties dantur  
in aliquo ente diuisibili toties  
datur actualis distinctio tum  
in ipso, tum in ceteris, quae ipse  
coexistunt. 117. in fine.

Principia speculatiua in quo ma-  
ximè fundentur 27. Principiū  
practicum fundans virtutum  
honestatem est, creaturam  
rationalem, si per ipsam non  
flet, fore beatam, & sic per-  
petuò victuram. 27. Hinc  
colligitur incorruptibilitas po-  
sitiua Angelorum. ibid.

Prius, & Posterius, & consequen-  
ter ipsum tempus cognoscitur  
per mutationem, & haec per  
memoriam. 113.

Productio prima Vniuersi distin-  
guitur ab eiusdem conserva-  
tione, & sic in quouis alio ente

## Index

118. Est primum analogatum  
in ordine durationum ibid, vi-  
de conseruatio, duratio.

Productionis creaturarum finis  
præcipuus est assimilatio effe-  
ctus ad primam causam & in  
quo assimilationis perfectio cõ-  
stat 1.2.

Propositio negatiua includit sem-  
per aliquam affirmationem.  
52. Quomodo tam affirmati-  
ua, quam negatiua sint in Deo  
absque compositione, aut diui-  
sione. 54.

Proprietates omnes probabilius est  
non esse effectiue nisi à gene-  
rante, exigitue uerò, & ali-  
quo modo per resultantiam  
etiam à substantia illa cui con-  
ueniunt. 35.

Proprietates que non debentur de-  
terminatè alicui substantia,  
sed

**Rerum notabilium.**

*sed vagè, & infinitis disjuncti-  
onibus possibilibus sunt à gene-  
rante, & cur 33. Hinc colligi-  
tur Angelorum intellectui spe-  
cies imprimi debere à Deo.  
ibid.*

*Pulchritudo consurgere non potest  
ex omnimoda similitudine,  
sed ex similitudine dissimilitu-  
dini coniuncta 22. Hinc fit om-  
nes creaturas habere aliquam  
dissimilitudinem entitatiuam.  
ibidem.*

**Q** *Vanitas in quo sensu sit,  
ratio cur substantia reci-  
piat ubi, & motum 122.*

## S

**S** Ecreta cordis non cognoscuntur ab Angelo, & cur. 43.

44. 45.

Specie differre quid sit. II. & 12.

Vide differentia Specifica.

Specierum omnium existentia, vel actu, vel potentia requiritur ad perfectionem Vniuersi.

16. circa finem, & 17.

Specierum cognoscitiuarum necessitas probatur 30. Requiritur etiam respectu Angeli 31. haec tamen non oriuntur effectiue ab obiectis, nec ab entitate Angeli, sed solum infunduntur à Deo 32. 33. neque inde fit eas esse supernaturales 34. Speciei memoratiue praedica.

Rerum notabilium.

dicata assignantur. 36.

Specierum distinctio ad quid ponatur. 36.

Species intentionales requiruntur in Angelo ad productionem cognitionis. 41. Neque hinc sequitur actio indistans. 42.

Quamvis sine species propria alicuius obiecti possunt illud quandoque representare universaliter, & in confuso. 66.

Spirituale. Vide ens spirituale.

Spiritualitas ex quo recte colligi possit. 3.

Substantiam non esse immediate actiuam, in qua fundari possit. 35. fine.

Successio in creaturis habetur per hoc, quod idem debeat coexistere duabus rebus impossibilibus. 115. Vide duratio.

Index

Supernaturale aliud in ratione  
entis, aliud in ratione effectus  
49.50.

T

**T**empus, & temporis muta-  
tio, & distantia quomodo  
cognoscatur 113. Tempus do-  
loris cur videatur longius,  
tempus verò voluptatis bre-  
uius 113. Eius necessitas in  
creaturis unde oriatur, 115.  
Vide duratio.

V

**V**acui impossibilitas unde  
colligi queat. 123. Possit  
ne in ipso fieri motus localis ex  
sup.

Rerum notabilium.

Suppositione quod detur. 122.  
sub medium.

Vacuum non omninò repugnat.  
93. cur naturaliter non possit  
dari. 99.

Ubicatio est separabilis saltem  
per conceptum ab existentia  
rerum, non verò duratio. 84.

Omne quantum debet esse in  
loco 86. aliter careret suo fi-  
ne, hoc est potentia proxima

agendi ad extra ibid. Res spi-  
ritualis potest supernaturali-  
ter esse nullibi, ut potè instituta

potissimum ad actiones imma-  
nentes 89. Adhuc esset suffi-  
cienter præsens immensitati

Dei dantis sibi totum esse. 90.

Etiam corpus pro eo priori, quo  
præcedit suam ubicationem

habet aliquam præsentiam  
respectu Dei, ibidem. Diffi-

cultas

## Index

causas concipiendi rem nullibi  
existentem oritur ex imagi-  
natione rebus corporeis. abue-  
ta. 84.

forma constituens in loco di-  
stinguitur realiter à quanti-  
tate, à loco extrinseco, & à  
motu antecedenti. 92. An sit  
accidens omninò relatiuum.  
93. & 95. Probatur eius di-  
stinctio à relationibus predi-  
camentalibus propinquitatis,  
& distantie. 94. Eius bonitas,  
& usus est ordinare simul en-  
tia, eaque determinare ad mu-  
tuam actionem 95. Eius con-  
nexio cum quantitate aliqua  
Caeli supremi, absoluta in se,  
perfecta, & essentialiter com-  
pletiua vniuersi. 96. & 99.  
Hec quantitas est superficies  
Caeli Empyreï 100.

Vbi

Rerum notabilium.

Ubicatio indiuisibilis formaliter, & diuisibilis virtualiter in quo sensu sit admittenda.

116. Diuisibilitas ubicationis ad quid sit instituta 119. omnia que sunt in composito per unicam ubicationem ubicantur. 122. Quomodo ubicatio conueniat composito ratione quantitatis 122.

Ubicatio intrinseca Angelorum non est diuisibilis 119. neque absoluta à respectu cuiuslibet corporis, & ita est indiuisibilis formaliter, ut sit diuisibilis virtualiter 120. Dicit respectum ad certum corpus. 120. 121. An dicat eiusmodi respectum ad hoc corpus prout hoc est formaliter, an prout habeat talem relationem distantie ad primam mensuram loci, nempe

pe

Index

pe ad Empyreum 122. Ubica-  
tionis Angelicae finis duplex.  
123.

Verbum mentis quid sit. 75. &  
seq. Vide loquutio.

Viso beata cur non sit verbum  
mentis. 75.

Vniuersum non modò debet ha-  
bere partes coherentes, sed ad  
eius præterea pulchritudinem  
spectat habere perfectionem  
summam in genere artefacti. 7.

Hinc colligitur continere om-  
nes gradus entium; & assigna-  
tur regula ad dignoscendos eos  
gradus, qui spectant ad eius  
complementum. Quin eius  
perfectio requirit fortasse, vel  
in actu, vel in potentia existi-  
tiam omnium specierum. 16.  
circa finem, & 17. Ex his cõ-  
cluditur, & existentia Ange-  
lorum.

lorum . 7 .


Voluntas in quo differat ab appetitu sensitivo 3. circa finem.

Voluntates angelicae non habent potestatem operandi immediate in alio 72. Vide appetitus intellectivus.


F I N I S.

forum . 7 .  
Voluntas in quo differat ab appetitu  
sicut in hinc et circa finem .  
Voluntas cogitativa non habet  
potestatem in operando immutanda  
in alio 72 . Vnde appetitus  
intellectivus .


2 1 N 1 2
















Th

444